Et an sufficiat, quod Emphyteuta hanc requisitionem domino directo extrajudicialiter faciat? affirmativè tenent August. Barbof. *in cap. final. n. 4. de Locat.*, Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 2. à n. 15.*, sed in n. 17. resolvit, quod ad hoc ut Dominus directus constituatur in mora, debet fieri requisitio in vim citatorie: & quod debeat fieri congruo loco, & tempore, resolvunt Cald. *de Exinct. emphyt. cap. 13. n. 4.*, Pinheir. *de Emphyt. disp. 4. sect. 9. n. 191.*, Altimar *de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 18. n. 454.*, ubi dicit non debere fieri, si Dominus habitet extra Provinciam.

Non incidet tamen Emphyteuta in commissum, si omiffa hac formalitate petat licentiam à Domino ad vendendum, & Dominus eam concedat recipiendo laudemium; quia ex hoc censetur requisitio legitimè facta, & consensus Domini præstus, cum renuntiatione proprii juris ad prælationem competentis; Cyriac. *contro. 309. ex n. 12.*, & seqq. Cald. *de Exinct. cap. 11. n. 33.*; & sufficit minimam partem laudemii recipere, vel facere compositionem super solutione laudemii, ut censetur renuntiasse juri prælationis; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 27. sub n. 1.* Si tamen Dominus nolit licentiam præstare, tunc cautela erit interpellare eum, facta citatione, & oblato laudemio; & si recuset consentire & recipere, deponatur, & Judex interponat decretum suum, habendo pro præstato consensu; expectato tamen termino triginta dierum, ab Ordinatione præscripto (ut infra dicemus); Farinac. *tom. 1. Recentior. dec. 280. num. 4. & 5.*, Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. num. 229. & 230.*, Olea *de Cess. jur. tit. 5. q. 8. n. 21.*, & tenet judicatum Peg. *For. cap. 9. n. 63.*, Merlin. *de Legitim. lib. 2. tit. 1. q. 8. n. 11.*

Et si Dominus requisitus velit præferri emptori rei emphyteuticæ, debet præstare venditori non solum verum pretium, sed etiam onera, sub quibus res venditur, quod vide latè apud Pinheir. *d. disp. 4. sect. 10. §. 2.*,

Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Alienat. d. q. 1. à n. 340.* Cald. *de Exinct. cap. 13. n. 23.*, Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 2. n. 80.*, Altimar *de Nullit. contract. d. rubr. 1. q. 18. n. 450.*

Et an Dominus possit uti hoc jure prælationis in favorem tertii? vide Pinheir. *d. disp. 4. sect. 10. §. 5. à n. 218.*, ubi negativè resolvit; Cyriac. *contro. 253. n. 14.*, & *contro. 254. n. 1. & 13.*, Cost. *de Privileg. credit. reg. 1. ampl. 11. n. 14.*, Altimar *de Nullit. d. q. 18. n. 458.*, Corredin. *de Jur. prælat. q. 9. & 10.*, Olea *de Cess. jur. tit. 3. q. 2. n. 29.* Peg. *tom. 8. ad Ord. lib. 2. tit. 18. ad princip. glos. 2. n. 6.*, ubi dicit judicatum fuisse, Dominum teneri jurare sibi voluisse emphyteusim, cum clausula, quod si aliis daretur, pertineret ad emptorem; August. Barbof. *in cap. Potuit, de locat. num. 12.* Sed quod Dominus directus, non teneatur hoc juramentum subire, constanter defendit Corradin. *d. q. 9. n. 31. & 32.*, Carol. Ant. *de Luc. in Observ. ad Franch. tom. 1. dec. 226. n. 4.*, Cyriac. *contro. 254. n. 24.*

Et nota, quod sicut principalis Emphyteuta tenetur requirere Dominum directum ad alienationem emphyteusis, ita & eodem modo tenetur Subemphyteuta hanc requisitionem facere Domino directo ad venditionem subemphyteusis; Gam. *dec. 329. n. 5.*, Cald. *de Exinct. emphyt. cap. 7. à n. 43.*, & *cap. 16. n. 34.*, disputat Pinheir. *de Emphyt. disp. 2. sect. 4. §. 2. à n. 61.*, Molin. *de Just. & Jur. disp. 459. n. 15.*, & *disp. 471. n. 5.*, Valasc. *de Jur. emphyt. q. 13. n. 11. & 12.*, & *q. 38. n. 25.*, Barbof. *ad Ord. lib. 4. tit. 38. in princip. n. 36.*

Quid autem si Dominus utens jure prælationis Subemphyteutam excludat, vel rem emat, an tunc emphyteuta retineat idem jus respectu Domini directi, quod retinebat respectu Subemphyteutæ? vide latè apud eundem Pinheir. *d. disp. 2. & d. §. 2. à num. 67.*, Molin. *de Just. & Jur. disp. 471. n. 5.*

Et quid si Dominus declaret se velle emphyteusim pro pretio, quod venditori offertur; an possint contrahentes post istam declarationem à contractu recedere? negativè judicatum fuit; ut supra notavimus in verb. *Arrepender-se póde o contrabente, que havia de fazer escriptura, &c.*

(b) Postquam Dominus declaraverit se nolle emphyteusim emere, licitè potest Emphyteuta eam vendere, & alienare in personam, quæ effectivè pensionem Domino solvat, ut declarat hæc Ordinatio; & de Jure tenent Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. num. 5.*, Cald. *de Exinct. emphyt. cap. 13. n. 37.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 17.*

Dubium tamen est, an postquam Dominus declaravit se nolle uti jure prælationis, possit Emphyteuta rem tradere emptori, quamvis nondum sit elapsus terminus triginta dierum? affirmativè resolvit Pinheir. *de Emphyt. disp. 4. sect. 10. §. 3. n. 212.*

Et an postquam Dominus declaravit se rem nolle, possit intra dictum terminum variare? affirmativè resolvit, si res adhuc sit integra, idem Pinheir. *d. sect. 10. §. 4. à num. 213.*

Obtenta tamen licentia ad alienationem faciendam, non debet Emphyteuta alienare, seu vendere personis in jure prohibitis, à quibus difficilè pensio, & jus emphyteusis obtineri possit; ut patet ex verbis Legis: *A pessoa, que livremente pague o foro ao Senhorio; personæ autem prohibitæ sunt potentiores, ut declarat Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. n. 20.*, & *tit. de Renovat. q. 1. n. 40.*, Cald. *de Exinct. emphyt. cap. 7. à n. 35.*, & *cap. 13. n. 37.*, & *de Potest. elig. cap. 1. n. 4.*, & *de Renovat. emphyt. q. 19. sub n. 14.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 17.*, Pinheir. *de Emphyt. disp. 4. sect. 9. §. un. n. 199.*, Peg. *For. cap. 9. n. 76.*, Card. de Luc. *rom. 4. tit. de Emphyt. disc. 29. n. 4.*; & isti potentiores quales sint, declarat Fulgin.

Foreiro faz requerimento ao Senhorio, se quer o prazo tanto por tanto, não sómente na venda voluntaria, mas tambem na

necessaria, que se faz por meyo, e auctoridade de Justiça, liv. 4. tit. 38. in principio. (a)

Foreiro,

Fulgin. d. q. 1. à n. 21., Lar. de Anniverfar. lib. 1. cap. 19. n. 2., Cald. de Potest. eligend. cap. 1. à n. 6., Sabell. in Sum. §. Alienatio, num. 37., Peg. tom. 4. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 44. glof. 5. 2. n. 10., Olea de Cess. jur. tit. 2. q. 4. n. 23.; qui tamen dicunt, hoc esse relinquendum Judicis arbitrio.

Sunt etiam personæ prohibita pauperes, & in illis non potest fieri alienatio emphyteusis; August. Barbof., & Pinheir. in loc. supr. citat., Fulgin. d. q. 1. n. 24. & q. 11. n. 2., Peg. For. cap. 9. num. 74., Cald. de Potest. eligend. cap. 1. n. 19.

Est etiam persona prohibita Ecclesia, ad hoc ut in illam possit fieri alienatio emphyteusis; August. Barbof. in d. cap. Poruit, de Locat. n. 169., Pinheir. d. sect. 9. n. 200., Cald. d. cap. 1. n. 15., & de Renov. emphyt. q. 19. n. 17., Peg. For. d. cap. 9. n. 66. Quia Ecclesia ad hunc effectum dicitur manus mortua, quod idem est atque apprehendere sicut manus morientis, quæ firmissimè tenet, & facile non dimittit id, quod comprehendit, ut declaratur in Rota apud Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Succession. in bon. emphyt. q. 14. n. 10., Larrea alleg. 86. num. 21.; & hoc etiam procedit in Confraternitatibus Ecclesiasticis, vel Laicalibus, Rota apud Salgad. in Labyrinth. dec. 78. n. 27. de quo vide latissimè Cortiad. p. 4. dec. 284. à n. 2. & seqq., & quia difficultas alienandi grave præjudicium Domino infert propter impedimentum consolidationis, & perceptionis laudemiorum, ideò tenetur Ecclesia, in quam translata est emphyteusis, eam vendere intra annum; ex Ord. lib. 2. tit. 18., Card. de Luc. tit. de Emphyt. discurs. 27. n. 3., Cald. de Potest. eligend. cap. 1. n. 16., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Succession. in bon. emphyt. num. 9., Pinheir. ubi supr. d. n. 200., Antonel. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 25. n. 5., Altimar de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 18. n. 156., Castilh. lib. 4. Contror. cap. 13. num. 21., Peg. For. cap. 20. n. 106., Cancer. p. 1. Var. cap. 11. n. 61.

Si verò emphyteusis ultra prohibitionem Legis habeat etiam prohibitionem hominis, & pactum expressum in contractu emphyteutico, ut non possit alienari venerabili loco, vel majori personæ, tunc jus pacti resistit principio acquisitionis, adeò ut Ecclesia, & alia loca incapacia, nec etiam possint acquirere ad effectum vendendi, & æstimationem consequendi, ut dicit Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. sub n. 222., Card. de Luc. tit. de Emphyt. discurs. 27. n. 3., & discurs. 48. n. 3., Altimar ubi supr. d. q. 18. n. 158., & n. 455., Cald. de Potest. eligend. cap. 1. n. 14., Antonel. de Tempor. legal. d. cap. 25. n. 9., Salgad. post tract. de Labyrinth. credit. dec. 78. num. 25. & 26. & dec. 79. n. 11. 12. & 13., Panimol. dec. 127. num. 12., Andreol. Contror. 378. per tot., Menchac. de Success. creat. lib. 1. §. 10. n. 90., Valasc. conf. 101. n. 8., ubi tenet judicatum.

Verum ipse Caldas in n. 15. attenta frequenti praxi, videtur ab hac opinione discedere, intelligendo Ecclesiam non esse emphyteusis incapacem, & meritò; nam cum eam non possit retinere ultra annum, videtur quòd relinquens voluit Ecclesiam frui commoditate pretii; & ita nihil officit Domino, quòd Ecclesia nominetur; aliter esset Ecclesia semper incapax nominationis emphyteusis, stante hujus Regni praxi, per quam in concessionibus emphyteuticis solet adjici clausula, quòd quispiam majoris conditionis, quàm sit ipse accipiens, nominari non possit; ut ponderat idem Caldas n. 14., & vide Pinheir. de Emphyt. disp. 5. sect. 5. §. 6. n. 185. Monasterium, & Monachus dicitur etiam persona prohibita, ad hoc ut in eum possit emphyteusis alienari; Cald. de Potest. elig. cap. 1. sub num. 11., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alien. q. 1. num. 21.

Si autem Monasterium succedat in emphyteusi, quam Religiosus habebat ante professionem, an eam retinere possit, vide Pinheir. disp. 5. sect. 5. §. 6. per tot. Fragos. de Regim. Reip. p. 3. lib. 8. disp. 17. §. 3. sub n. 5. versic. Nam cum Monacho, Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Success. in bon. emphyt. q. 14. per tot., August. Barbof. in Auth. Ingressu, Cod. de Sacros. Eccles. n. 21., Peg. For. cap. 20. n. 106.

Tom. I.

(a) Postquam declaravit hæc Ordinatio, quòd Emphyteuta voluntariè vendens rem emphyteuticam; tenetur denunciare venditionem Domino, & eum requirere, an velit emphyteusim pro eodem pretio, quod sibi offertur; nunc declarat, quòd in alienatione necessaria, quæ fit ex mandato Judicis, debet etiam requiri Dominus, an sibi velit emphyteusim tantum offerendo, quanti pro ea in subhastatione licitatur; quod etiam patet ex Ord. lib. 3. tit. 93. §. 3. in fin.; & inter unum, & alium casum datur differentia, scilicet, quòd in venditione voluntaria non potest Emphyteuta alienare sine consensu Domini, & requisitione ad prælationem, ut supra ostendimus in verb. Foreiro não pôde vender, escambar, nem albeas a consa afforada, sem consentimento do Senhorio: aliàs incidit in commissum, ut infra dicemus in verb. Foreiro, que vende o prazo sem consentimento do Senhorio, por esse mesmo feito o perde. At verò in venditione necessaria, quæ fit per mandatum Judicis, solum debet requiri Dominus ad prælationem: non tamen debet ab eo priùs obtineri licentia ad vendendum; quia in alienatione emphyteusis necessaria non requiritur consensus Domini; ut declarat d. Ord. lib. 3. tit. 93. §. 3. August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. n. 58., Salgad. in Labyrinth. credit. p. 3. cap. 3. n. 9., Sperell. dec. 99. à n. 17., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. n. 314., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 7. §. 1. n. 109., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 3. num. 34., Peg. For. cap. 9. n. 54., Altimar de Nullit. contract. tom. 6. rubr. 1. p. 4. q. 39. n. 741. Hic videtur verus sensus hujus Legis, ex propriis illius verbis deductus; cui assentit Fulgin. d. tit. de Alienat. q. 1. n. 314. in fin., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 3. n. 36., Salgad. in Labyrinth. credit. p. 3. cap. 3. n. 22., Barbof. in L. Usufructu, n. 28. ff. de Solut. matrim.

Alienationem autem necessariam, & voluntariam distinguunt DD. inspicendo originem negotii; itaut si alienatio habeat initium necessarium independens à voluntate Emphyteutæ, veluti quando compellitur ad alienandum causa Religionis, vel ædificii publici construendi in fundo emphyteutico, & similibus, tunc dicitur alienatio necessaria: si verò alienatio habeat causam ab initio voluntariam, veluti, quando aliquis contractus, vel factum liberum causam alienationi dedit, tunc dicitur alienatio voluntaria; ita explicant Castilh. lib. 5. Contror. cap. 113. n. 15., Noguero alleg. 29. n. 241., Olea de Cess. jur. tit. 1. q. 3. n. 38., Cancer. lib. 1. Var. cap. 11. n. 81., Cald. de Extinct. emphyt. cap. 5. n. 51., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 7. §. 1. n. 111.; & ex hoc resolvunt alienationem factam per venditionem judicalem, non esse necessariam, sed voluntariam, cum procedat ab initio voluntario, quale est debitum, quod Emphyteuta contraxit cum suo creditore.

Hoc posito, jam vides magnam hujus Legis difficultatem, dum adversari videtur Juri communi, in quantum supponit alienationem emphyteusis sub hasta publica esse venditionem necessariam, super qua dubitatione insudavit Cald. de Extinct. emphyt. cap. 6. à n. 6., & Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 7. §. 1. à n. 110. Sed totus eorum labor versatur in sustinendo alienationem, auctoritate Judicis factam, esse voluntariam, & in obstruendo ad hunc sensum, variis interpretationibus, hanc nostram Legem, quasi non valentium assentire hanc alienationem, in subhastatione factam, esse alienationem necessariam. Cæterum cum hæc Ordinatio expresse nominet istam alienationem uti necessariam, distinguit idem Caldas d. cap. 6. n. 7. & 8. alienationem necessariam factam necessitate præcisa, & alienationem necessariam, factam necessitate causativa; & dicit necessitatem præcisam esse illam, quæ de Jure infertur, nec illi resisti potest; causativam verò esse illam, in quam quis spontè incidit, qualis est omnis necessitas ex contractibus proveniens; cui distinctioni assentit Castilh. lib. 5. Contror. cap. 113. num. 15., ex quo videtur debere intel-

Bbb

intel-



Foreiro, que notificar ao Senhorio a venda do prazo, deve esperar trinta dias, do dia, que for requerido, que elle declare, se o quer tanto por tanto; e não o declarando no dito termo, poderá vendê-lo, sem esperar mais pela reposta, *liv. 4. tit. 3. 8. in princ.* (a)

intelligi, nostram Ordinationem loqui tantummodo de alienatione necessaria causativa, & non precisa: sed hæc distinctio non tollit dubium; nam idem Cald., & Castilh. agnoscunt alienationem causativè necessariam esse illam, quam vocamus voluntariam, & cum Ordinatione loquatur de alienatione simpliciter necessaria, non debet intelligi de alienatione necessaria causativè, quod videtur agnoscere idem Caldas n. 12.

In hac ergo dubitatione, omittis interpretationibus, & verba Legis colendo, videtur dicendum, quod subhastatio emphyteusis est alienatio necessaria; quia licet à principio causa ejus voluntaria esset, tamen postea iudicium redditur in invitum; Salgad. *in Labyrinth. p. 3. cap. 3. n. 10.*, Faber *in Codic. lib. 4. tit. 42. de Jur. emphyt. diffinit. 23.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 58.*, Cancr. p. 3. *Var. cap. 17. n. 510. & 514.*, agnoscit Cald. *de Extinct. emphyt. d. cap. 6. n. 6.*, quam sententiam sequuta fuit dicta ordinatio nostra: & licet ipse Caldas, & Pinheir. contrarium intelligant in locis supra citatis, ex ea ratione, præter alias, quod eadem Ordinatio jubet Dominum esse requirendum ad prælationem, quæ requisitio solum competit venditioni, seu alienationi voluntariæ; attamen ad hoc respondetur cum distinctione, quam facit Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 5. à n. 35.*, ubi alienationem necessariam dicit dupliciter debere sumi, scilicet, primo modo, quando in se talis est, sed tamen ejus causa voluntaria, prout, quando venditur emphyteusis sub hasta ad satisfactionem creditoris; quia licet à principio quis efficiatur debitor, postea tamen fit alienatio ex necessitate justitiæ.

Secundo modo, quando alienatio est necessaria simpliciter, videlicet in confiscatione, vel præscriptione, aut in casibus supra relatis: itaut in primo casu requirendus sit Dominus, in secundo verò non: & sub hac distinctione concluditur venditionem emphyteusis per subhastationem esse venditionem necessariam, ad quam requiritur Domini consensus, sicut in alienatione voluntaria; Salgad. *in Labyrinth. p. 3. d. cap. 3. n. 23.*, Fragof. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. disp. 10. §. 1. n. 5. prop. fin.*, Nogueir. *Quæst. singular. disp. 4. q. 7. à n. 2.*; & quamvis in illa alienatione necessaria, in qua venditur emphyteusis pro causa Religionis, vel ædificii publici construendi, non sit requirendus Dominus ad prælationem, hoc videtur esse, qui tunc non alienatur emphyteusis simpliciter, sed extinguitur; quia nec Ecclesia, nec Civitas manet loco Emphyteutæ, sed solvit pretium proprietatis cum respectu ad dominium utile, & directum, recipiendo tam Dominus, quam Emphyteuta æstimationem domini, illis in re competentem: quod est valdè diversum in subhastatione, quia transit jus emphyteuticum per alienationem necessariam in emptorem, remanente dominio directo penes Dominum.

(a) Post denuntiationem venditionis Domino directo ab Emphyteuta factam, habet ipse Dominus triginta dies ad deliberandum, an velit emere pro eodem pretio, quod sibi offertur, & si in dicto termino nihil declaret, potest Emphyteuta, eo translato, emphyteusim liberè vendere, ut disponitur in hac Ordinatione, & tenent Fulgin. *de Jur. emphyt. rit. de Alienat. q. 1. n. 289.*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 10. n. 262.*, Altimar *de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 18. n. 450.*, Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 2. n. 76. & 79.*, Antonel. *de Tempor. legal. lib. 3. cap. 7. n. 1.*, Cabed. p. 1. *dec. 111. n. 2.*, Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 13. n. 29.*, & cap. 16. n. 39.: qui terminus incipit currere, & debet numerari à die denuntiationis Domino factæ, & non à die scientiæ aliunde obtentæ, cum in hoc casu necessaria sit denuntiatio expressa, quæ non suppletur per simplicem scientiam; Pinheir. *de Emphyt.*

Foreiro, que noticiar ao Senhorio a venda do prazo para dizer, se o quer tanto por tanto, poderá vender livremente o dito prazo, se o Senhorio não pagar o preço dentro em trinta dias, aindaque no dito termo declare que o quer para si, *ibid.* (b)

Foreiro,

*diff. 4. sect. 9. n. 189.*, Altimar *de Nullit. d. q. 18. n. 450. & 452.*, Cald. *de Extinct. emphyt. d. cap. 13. n. 3.*, & cap. 14. n. 19., Card. de Luc. *lib. 4. tit. de Emphyt. disc. 68. n. 5.*, Cancr. p. 1. *Var. cap. 11. n. 58.*; & hic terminus est continuus, & non utilis, ut tenet judicatum Cabed. p. 1. *d. dec. 111. n. 4.*, August. Barbof. *in cap. Potuit n. 15. de Locat.*, Cald. *de Extinct. cap. 14. n. 4.*

Sed si Dominus ab ipso Emphyteuta impediatur, vel decedat, vel aliud legitimum impedimentum superveniat, non currit hic terminus triginta dierum; Cald. *d. cap. 13. n. 10.*, Cabed. *d. dec. 111. n. 3.*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 10. §. 7. n. 225.*

Et an transacto tempore legitimo, nempe triginta dierum, quin declaret se nolle, aut vele emphyteusim, possit Dominus amplius audiri, stante adhuc contractu re integra? affirmativè resolvit Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 2. n. 85.*, Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. n. 290.*, & tit. de Laudem. q. 11. *in fin.*, Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 14. n. 14.*

Quid autem si Dominus fuerit minor, an beneficio restitutionis sit admittendus contra lapsum hujus termini? vide Cald. *de Extinct. cap. 14. à n. 20.*, & *in L. Si curatorem, verb. Vel adversarii dolo, n. 82. Cod. de In integr. restit.*, Cancr. p. 2. *Var. cap. 1. à n. 302.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 15. in fin.*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 10. §. 7. n. 226.*, Corradin. *de Jur. prælat. q. 24. à n. 25.*, Antonel. *de Tempor. legal. lib. 3. cap. 7. n. 7.*, Barbof. *ad Ord. lib. 4. rit. 38. in princ. n. 62.*

Et quid si in hoc spatio, quod conceditur Domino ad deliberandum, ipse Dominus opponat exceptionem, quod non tenetur consensum præstare, & postea in exceptione succumbat, an post latam sententiam enumerentur isti triginta dies, ut possit Dominus rem venditam ab emptore capere, restituto pretio? affirmativè resolvit Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 14. n. 3.*; & faciunt, quæ adducit *in tract. de Renovat. emphyt. q. 7. n. 14.* August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 16.*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 10. §. 7. n. 226.*

Et nota, quod si Dominus declaret se nolle rem emphyteuticam, quando interpellatur à venditore, potest statim venditor ipsam emphyteusim tradere emptori; quia cum iste terminus concedatur Domino ad deliberandum, an velit præferre in emptione ejusdem rei, eo ipso, quod Dominus declarat, & deliberat ante terminum completum se nolle emere, non est cur amplius debeat expectari; Molin. *de Just. & Jur. diff. 459. n. 3. in fin.*, Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 14. n. 4.*, Pinheir. *de Emphyteus. diff. 4. sect. 10. §. 3. n. 212.*

Potest tamen idem Dominus variare, postquam declaravit se rem nolle, durante adhuc termino, & rem emphyteuticam pro eodem pretio accipere, dummodo adhuc sit res integra, id est, antequam emptori res tradatur; Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 14. n. 10.*, Pinheir. *d. diff. 10. §. 4. n. 213.*

Ex quo bene infertur, quod si emphyteusis vendatur cum clausula *constituti*, aut simili, suspensa traditione, donec consensus Domini accedat, & is declaret se nolle uti jure prælationis, jam non poterit amplius variare, quia statim emptori acquisitum est dominium per clausulam *constituti*; & variandi potestas omninò sublata est, ut declarat idem Cald. *d. cap. 14. n. 10. in fin.*

(b) Si Dominus declaret se vele emphyteusim, præferendo emptori, sed non offerat pretium venditori intra triginta dies, non est amplius audiendus, & poterit Emphyteuta eam liberè vendere, ut disponitur hæc Ordinatione, de qua vide Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 14. n. 11.*, & cap. 16. n. 89., Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 10. §. 2. n. 210.*

Quod

Foreiro, que quizer doar, ou dotar a coufa afforada, o fará saber ao Senhorio, para vêr se tem algum legitimo em-

bargo, liv. 4. tit. 38. in princip. (a)  
Foreiro, que doar, ou dotar a coufa afforada, não paga quarentena ao Senhorio, *ibid.* (b)  
Foreiro,

Quod limita, nisi Emphyteuta concesserit emptori dilationem ad pretium solvendum; quia tunc potest Dominus ex jure prælationis eadem dilatione uti, dummodò non procedat ex mera, & speciali gratia emptori facta; Cald. de Extinct. emphyt. cap. 13. n. 18., Pinheir. de Emphyt. d. sect. 10. n. 210. in fin.

Quid autem si Emphyteuta celebret contractum cum aliquo super re emphyteutica, pro certa quantitate solvenda post triginta dies Domino concessos ad deliberandum, & intra hoc spatium Dominus dicat se vele emphyteusim pro eodem pretio; sed transacto termino non solvat; an in hoc casu possit emptor se eximere à solutione pretii conventi, ea ratione, quia per obligationem Domini tanquam secundus licitator, manfit deobligatus à prima conventionem, & à solutionem pretii oblatis? vide de hac questione Caldas de Extinct. emphyt. d. cap. 14. n. 11., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 10. §. 4. n. 216. & 217.

(a) Emphyteuta volens donare, aut in dotem constituere emphyteusim, debet Domino denunciare, ut videat, an habeat aliquam legitimam exceptionem, sicut disponit hæc Ordinatio, de cujus materia vide Caldas de Extinct. emphyt. cap. 10. à num. 7., Valasc. conf. 113., Fragof. de Regim. Reipub. cap. 3. lib. 6. disp. 10. §. 1. n. 6., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 7. §. 2. à n. 115., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 2. à n. 38., Peg. For. cap. 9. sub n. 105., August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. num. 57., Altimar de Nullit. contract. rubr. 1. p. 2. q. 18. n. 466., Cabed. p. 1. dec. 104., Barbof. in L. Ususfructus 58. ff. de Solut. matrim. n. 26.

Et an Dominus, cui denuntiatur donatio, vel constitutio dotis, habeat eundem terminum triginta dierum ad excipiendum contra personam donatarii, vel dotati, quem habet ad præferendum in cæteris alienationibus? negativè resolvit Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 10. §. 9. à n. 229.

Intellige autem dispositionem hujus Legis respectu dotis, quam extraneus constituit personæ extraneæ, quia in hoc casu debet requiri consensus Domini; secus autem si fuerit pater, quia potest dotare, irrequisito Domino, Gam. dec. 127. n. 2., & 3., & dec. 283. n. 2., Valasc. conf. 113. n. 19., Fragof. de Regim. Reip. p. 3. d. disp. 10. n. 6. in princ., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 2. n. 45., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 7. §. 2. num. 126., Peg. For. cap. 9. sub n. 105. pag. 609. versic. In tertio, in fin., Barbof. in L. Ususfructu 58. n. 25. ff. de Solut. matrim., ubi intelligit, si filia est de personis comprehensis in investitura; adverte tamen, quod licet pater non teneatur requirere Dominum, quando emphyteusim dotat filiam; ut declarat hæc Ordinatio, & tenent Molin. de Just. & Jur. disp. 461. n. 6. & 7., Cald. Recept. sentent. q. 23. n. 89. & 90., & q. 11. n. 10., & de Empt. & Vendit. cap. 8. n. 40., & cap. 27. num. 37., Barbof. in L. Ususfructu, ff. de Solut. matrim. d. n. 25.

Hoc limitari debet primò, in casu, quo dos fuerit æstimata, nam supposita dotis æstimatione, venditio censetur celebrata; Fragof. d. disp. 10. n. 6. versic. Ego tamen; August. Barbof. in Collect. ad cap. Potuit, de Locat. n. 25., Valasc. d. conf. 113. n. 17., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 7. §. 2. n. 118., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 2. n. 49., Altimar de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 18. n. 472., Antonel. de Temp. legal. lib. 3. cap. 7. n. 21. & 54.

Limitari debet secundò, si pater habeat alia bona, ex quibus possit dotem constituere, quia tunc alienatio emphyteusis titulo dotis non dicitur necessaria; Pinheir. d. sect. 7. §. 2. n. 120., Fragof. d. disp. 10. §. 1. n. 5. versic. Contrarium, post med., Merlin. de Pignoris. lib. 2. tit. 1. q. 8. n. 78., Altimar ubi supr. d. q. 18. n. 469.

Si tamen Dominus non requiratur ad alienationem emphyteusis factam titulo donationis, vel dotis, semper debet requiri ejus consensus, ut donatarius adeat possessionem, & ejus persona approbetur, dummodò sit habilis, & promittat solvere canonem; Fulgin. de

Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. n. 227., & tit. de Contract. emphyt. quest. 44. n. 3., Fragof. d. disp. 10. §. 1. n. 2., Valasc. conf. 113. n. 25., Sabell. in Sum. §. Emphyteusis, n. 33., Cabed. p. 1. dec. 103. n. 4., & dec. 104. n. 3.

Quid verò si Emphyteuta dotet, vel donet rem emphyteuticam alicui, & apponat clausulam constituti ad translationem possessionis ipsius rei, deinde postea vendat alteri rem illam cum consensu Domini, eam realiter tradendo: dubium est, quis eorum præferendus sit? sed vide de hac questione Gam. dec. 116., Cald. de Extinct. emphyt. cap. 10. n. 31., & n. 35., ubi declarat; Gabr. Per. dec. 9., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Contractib. q. 44. n. 3. & 4., Peg. For. cap. 9. sub n. 105., pag. 607.

Et istius questionis in consequentiam venit illa: An emphyteusis nominatio, quæ ex concessione dominica variari potest usque ad mortem, irrevocabilis reddatur, quando fit per dotis contractum cum reservatione ususfructus, & intervenientibus clausulis constituti, omnique meliori juris modo? de qua vide latissimè Peg. For. tom. 3. cap. 28. ex n. 639. pag. 282.

(b) Ex donatione emphyteusis non solvitur laudemium Domino directo, ut disponit hæc Ordinatio; & ita tenent Molin. de Just. & Jur. disp. 461. n. 6. in fin., Cald. de Extinct. emphyt. cap. 16. n. 21. & 42., Fragof. de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. disp. 13. §. 1. n. 19., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 6. n. 1., Pinheir. de Emphyteusis disp. 4. sect. 5. §. 10. n. 77., August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. n. 42. quam dispositionem dicit Pinheir. d. n. 77. restringendam esse ad emphyteusim secularem, itaut non comprehendat Ecclesiasticam, ex Cald. d. cap. 16. d. n. 21.

Limita tamen 1. in donatione remuneratoria, ex ea enim debet solvi laudemium; Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. d. q. 6. n. 4., Cald. d. cap. 16. n. 24. in med., Fragof. de Reg. Reip. d. disp. 13. n. 19. prop. fin., Pinheir. de Emphyt. d. §. 10. n. 75., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 5. n. 8., ubi distinguit inter donationem remuneratoriam satisfactiois seu debiti legalis, & inter donationem remuneratoriam, in qua exercetur beneficium mere gratitudinis; itaut in primo casu debeatur laudemium, in secundo verò non, ut comprobat ex Pinel. in L. 1. p. 3. num. 60. Cod. de bon. matern.

Limita 2. in donatione mutua, seu reciproca, ex qua etiam debetur laudemium; cum potius venditio, quam donatio reputetur, Fulgin. d. q. 6. n. 5.

Limita 3. in donatione ob causam, ut scilicet donatarius præstet alimenta donanti, dum vixerit, vel, ut eum ære alieno gravatum à creditoribus liberet; Fulgin. d. q. 6. n. 3., Fragof. d. disp. 13. §. 1. n. 19., Cald. de Extinct. emphyt. d. cap. 16. n. 24., ubi dicit quòd ex emphyteusis donatione in solutum, vel quando pro ea aliquid remittitur, debetur laudemium.

Ex dotis constitutione de re emphyteutica laudemium etiam non debetur; quia constitutio dotis dicitur alienatio necessaria; Cald. de Extinct. emphyt. cap. 16. n. 21., Valasc. de Jur. emphyt. q. 14. n. 10., & conf. 113. n. 15. & 22., Antonel. de Tempor. legal. lib. 3. cap. 7. n. 53., Sabell. §. Laudemium, n. 15., Molin. de Just. & Jur. disp. 461. n. 7., Fragof. de Regim. Reip. p. 3. disp. 13. §. 1. n. 8., qui omnes intelligunt, quando emphyteusis inæstimata datur in dotem; secus si detur æstimata, æstimatione venditionem faciente; ut etiam declarant August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. num. 25., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 7. à n. 1., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 5. §. 9. à n. 71., Valasc. conf. 113. n. 17., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 5. num. 9. 10. & 11., Guerreir. de Invent. lib. 3. cap. 12. num. 137. & 138. sed hæc distinctio intelligitur à Valasc. d. conf. 113. n. 18. in dote facta filio, non autem in dote facta personæ extraneæ; nam si dotetur tali emphyteusi persona extranea, non comprehensa in investitura, absque dicta distinctione debetur laudemium; Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. d. q. 7. n. 21., Fragof. de Re-

Foreiro, que faz alheação, ou venda do prazo, pagará ao Senhorio a quarentena,

ou o conteúdo em seu contracto, liv. 4. tit. 38. in princip. (a)

Foreiro,

*gim. Reip. d. §. 1. n. 10.*, Pinheir. *de Emphyt. d. §. 9. n. 73.* contrarium tamen, scilicet, quod etiam de dotis constitutione personæ extraneæ non debeat laudemium, de Jure Regni tradit Pinheir. *d. n. 73. ex Gam. dec. 127. n. 6.*, & *dec. 344. num. 6.*, Cald. *de Emphyt. extinct. cap. 10. num. 28.*

(a) Emphyteuta vendens rem emphyteuticam debet Domino directo solvere laudemium in signum directi dominii; ut disponit hæc Ordinatio; ex qua manifestè patet, quod obligatio solvendi laudemium pertinet ad venditorem; quod etiam expressè disponitur in Ord. *lib. 1. tit. 62. §. 48.*, ubi declarat Emphyteutam teneri ex pretio recepto solvere laudemium. Quæ dispositio contraria videtur Juri communi, in quo disponitur, quod laudemium debet solvi ab emptore, ut declarat Accurs. *in Glos. ad L. fin. Cod. de Jur. emphyt. prop. fin. verb. Accipere*, Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 3. n. 1.*, Altimar *de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 18. num. 494.*, August. Barbof. *in Repert. practic. verb. Laudemium*, Cancer. *p. 1. Var. cap. 12. n. 27.*, Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. diff. 13. §. 1. n. 12.*, Cortiad. *dec. 222. n. 8.*; quia solus emptor recipit à Domino beneficium novæ investituræ, & immisionis in possessionem, propter quod laudemium ipso domino debetur; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 1. n. 7. q. 2. n. 2. q. 8. n. 14.*, & *q. 14. n. 4.*, Cyriac. *controv. 79. n. 12.*, & *controv. 397. n. 17.*, Lagun. *de Fru. p. 1. cap. 13. n. 10.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 21.*

Hanc diversitatem nostræ Ordinationis à dispositione Juris communis cogitavit componere Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 16. n. 16.*, dicens Ordinationem debere intelligi, quando Emphyteuta ante celebratum contractum Dominum requisivit, & monuit, & ab eo licentiam impetrare procuravit; in cujus terminis dicit debere Emphyteutam venditorem solvere laudemium: si verò post celebratum contractum emptor petat à Domino investituram, tunc ait emptorem debere solvere laudemium: hæc est distinctio, & concordia hujus Doctoris, cum qua pertransit Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 5. n. 46.*, Peg. *tom. 4. ad Ord. lib. 1. tit. 62. §. 48. glos. 35. n. 3.*; sed nostra Ordinatio talem distinctionem non patitur, ut agnoscit Moraes *de Execut. lib. 5. cap. 7. num. 2. versic. Ad quod.*; nec ista differentia sustineri potest; quia si gravamen solvendi laudemium procederet tantummodò à prioritare requisitionis Domino factæ, sequeretur, quod nunquam Emphyteuta impetraret ab eo licentiam, ut talem solutionem evadere posset, expectaretque consummationem ipsius contractus, ut emptor peteret investituram, & solveret Domino laudemium; in cujus terminis nunquam talis dispositio verificari posset, & inutilis atque inanis esset nostra Ordinatio ad hunc effectum. Displicuit etiam hæc distinctio Patri Pinheir. *diff. 4. sect. 4. n. 36.*, ubi hac difficultate innodatus, & omitendo dictam distinctionem, alium sensum Ordinationi præstat, dicens intelligendam esse Legem Regiam, quando emptor non solum tradidit venditori pretium emphyteusis, sed etiam partem laudemio contingentem, ut ejus nomine illam solveret: sed talis intelligentia sustineri etiam non potest; quia Ord. *lib. 1. tit. 62. §. 48.*, de qua non fuit recordatus iste Pater doctissimus, expressè disponit, quod de pretio, per quod vendita fuerit emphyteusis, solvet venditor laudemium, ut ibi: *Então o Foreiro o poderá vender; e do preço, por que assè vender, pagará a Capella, Hospital, ou Albergaria do Senhorio, a quarentena*: ex quibus verbis aperte excluditur supradicta intelligentia, dum non admittit ad solutionem laudemii aliud æs, quàm illud, quod recipitur tanquam pretium ipsius emphyteusis.

In hac ergo dubietate amplectenda est, tanquam verior, sententia Fragos. *de Regim. Reipubl. p. 3. lib. 6. diff. 13. §. 1. n. 12.*, ubi dicit, quod de Jure Lusitano, venditori, & non emptori incumbit onus solvendi laudemium, attenda dispositione nostræ Ordinationis in locis supra relatis, quos punctualiter citat, & verba Legis transcri-

bit: & ratio esse potest, quia Dominus commoditatus emphyteusis, debet etiam frui cum ipso Emphyteuta, itaut re meliorata, & majores fructus producente, possit in renovatione augeri pensio, ut non solum Emphyteuta, sed etiam Dominus fruatur meliorationibus ipsius emphyteusis; & rationi consonum videtur, quod etiam in commoditate pretii, quod Emphyteuta recipit pro venditione, fruatur etiam Dominus quadragesima illius parte, vel quota in contractu determinata; in qua ratione convenire videtur Moraes *de Execut. lib. 5. cap. 7. n. 2. versic. Ad quod.* Et non solum in nostro Regno hoc extat dispositum, sed etiam idem servatur in Barcinona, ut testatur Cancer. *p. 1. Var. cap. 12. sub num. 27.*, Cortiad. *dec. 222. n. 11.*, & etiam in Regno Castellæ, ut ex *Leg. 1. tit. 17. lib. 9. Recopilat. testatur idem Cortiad. p. 4. dec. 246. n. 165.*, & alii quos ibi citat; Gutierr. *de Gabell. q. 67. n. 15. versic. Verum*; Molin. *de Just. & Jur. diff. 459. n. 21. prop. med.*, Moraes *de Execut. lib. 5. cap. 7. sub n. 2. versic. Ad quod.*; & hoc jus sequuta fuit Ordinatio nostra.

Quod verò attinet ad solutionem laudemii regula est, illud debere solvi pro qualibet alienatione rei emphyteuticæ, modò sequatur actualis traditio rei, & emptor emphyteusis possessionem accipiat. Si enim traditio non sequatur, non debetur Domino laudemium; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 8. n. 13.*, Valent. *de Contract. Vol. 11. n. 6. & 7.*, Fontanel. *dec. 281. num. 15.*, Antonel. *de Temp. legal. lib. 3. cap. 7. n. 62.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. num. 38.*, Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 16. n. 45.*, & *seqq.*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 5. §. 2. num. 50.* Si verò traditio sequatur, & consummato contractu, ipsi contrahentes illum ex propria voluntate rescindant, debetur Domino aliud laudemium; quia tunc re vera nova fit alienatio, & novus contractus; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 8. n. 3. & 41.*, Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. diff. 13. §. 1. n. 13. versic. Nihilominus*, & *in §. 2. num. 13. versic. Neque*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 5. §. 4. n. 57.*, Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 5. n. 27.*, Altimar *de Nullit. contract. tom. 6. rubr. 1. p. 4. q. 39. n. 768.*, Molin. *de Just. & Jur. diff. 374. n. 12.*

Quid autem si rescindant venditionem ex pacto retrovenditionis in contractu adjecto, an ex ista retrovenditione debeat laudemium? negativè resolvunt Antonel. *de Temp. legal. lib. 3. cap. 7. n. 40.*, Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 16. n. 52. & seqq.*, Olea *de Cest. jur. tit. 7. q. 5. n. 17. & 19.*, Gratian. *For. cap. 180. n. 6.*, Hermosilh. *L. 42. tit. 5. part. 5. glos. 9. & 10. n. 21. & 22.*, Molin. *de Just. & Jur. diff. 374. n. 12.*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 5. §. 4. n. 56.*, Cortiad. *dec. 149. n. 105.*

Ex prima autem venditione cum pacto de retrovendendo debetur laudemium, quod Dominus non tenetur restituere, etiamsi postea rescindatur venditio ex dicto pacto; quia illa venditio fuit pura, & perfecta, nihil impediendo pacto de retrovendendo apposito, & jus semel ex ea venditione quæsitum non amittitur, si postea resolvatur contractus virtute ejusdem pacti adjecti; Molin. *de Just. & Jur. d. diff. 374. n. 11.*, Valent. *de Contract. Vol. 11. n. 41.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 24.*, Britt. *in d. cap. Potuit, de Locat. §. 5. n. 23.*, Pinheir. *de Emphyt. d. sect. 5. §. 4. n. 56.*, Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. diff. 13. §. 1. n. 13.*, Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 4. per tot.*, Cortiad. *dec. 149. n. 105.*, & *seqq.*, ubi latè.

Et an debeat laudemium ex permutatione? vide Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 16. n. 43. & 44.*, Gutierr. *de Gabell. q. 27. n. 8.*, Antonel. *de Temp. legal. lib. 3. cap. 7. n. 26.*, Sabell. *in Sum. §. Laudemium, n. 17.*, Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 5. n. 12.*, & *seqq.*, Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 8. n. 19. & 20.*, Cancer. *p. 1. Var. cap. 11. n. 76.*, Pinheir. *de Emphyt. diff. 4. sect. 5. §. 7. n. 62.*

An ex datione in solutum? vide Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. diff. 13. §. 1. n. 16.*, August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 23.*, Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 8. n. 16.*

Foreiro, quando vende o prazo, e o Senhor directo o toma para si, não paga quarentena, *liv. 4. tit. 38. in princip. (a)*

Foreiro, que vende o prazo sem consentimento do Senhorio, por esse mesmo feito o perde, *ibid. §. 1. (b)*

Foreiro,

*n. 16.*, Altimar de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 15. *n. 784.*, & tom. 7. q. 47. *n. 616.*, Barbof. ad Ord. lib. 4. tit. 38. in princip. *n. 58.*, Sylv. ad Ord. lib. 4. tit. 12. ad princip. *n. 23.*, & tit. 4. §. 1. *n. 16.*

An, & quando debeat ex transactio: vide Fulgin. d. tit. de Laudem. q. 8. *n. 26.* & 27., Cancer. p. 1. Var. cap. 11. *n. 74.*, Cald. de Emphyt. extinct. cap. 16. *n. 49.*, Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 5. §. 11. à *n. 78.*, Britt. in cap. Potuit, §. 5. de Locat. à *n. 38.*, Peg. tom. 6. ad Ord. lib. 1. tit. 78. §. 14. glof. 16. *n. 34.*

An, & quando debeat ex divisione: vide Fulgin. d. tit. de Laudem. q. 5. num. 12., Cald. de Extinct. emphyt. d. cap. 16. à *n. 27.* & seqq., Cancer. p. 1. Var. cap. 11. *n. 75.*, August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. *n. 30.*, Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 5. §. 8. à *n. 64.* Et alii casus, in quibus debetur laudemium, & casus, in quibus non debetur, videri possunt in Doctoribus supra laudatis.

Et nota, quod si res emphyteutica sit subemphyteutica, & vendatur à secundo Emphyteuta, debet laudemium solvi directo Domino, & non primo Emphyteuta; de quo vide Britt. in cap. Potuit, §. 1. *n. 23.* de Locat., Card. de Luc. lib. 4. tit. de Emphyt. disc. 68. *n. 3.* versic. Secundò, Antonel. de Temp. legal. lib. 3. cap. 7. *n. 27.*, Sabel. in Sum. §. Laudemium, *n. 7.*, Cald. de Extinct. emphyt. cap. 16. *n. 34.*, Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 23., Pinheir. de Emphyt. disp. 2. sect. 4. §. 2. à *n. 61.*, & disp. 4. sect. 5. *n. 42.*

Quid autem si quis emat emphyteusim, & de hac venditione non solvatur Domino laudemium, & postea secundò vendatur ipsa emphyteusis, an Dominus possit cogere emptorem, ut solvat laudemium prædecessoris? quæstio est gravissima, & difficilis, ut dicit Sabel. §. Laudemium, *n. 14.*, & §. Hypotheca, *n. 30.*, pendet enim ab altera quæstione, scilicet: An dominus habeat hypothecam in re emphyteutica pro solutione laudemii? affirmative tenet Noguerol. alleg. 1. *n. 97.*, Hodiern. ad Surd. dec. 31. ex *n. 59.*, sed vide Fulgin. de Jure emphyt. tit. de Laudem. q. 2., ubi latè disputat; & concludit in *n. 15.*, quod si primus emptor non fuit investitus de emphyteusi, tunc Dominus directus non tenetur secundum emptorem investire, nisi soluto laudemio suorum prædecessorum; & idem tenent Gratian. For. cap. 272. *n. 6.*, Merlin. de Pignor. lib. 3. tit. 1. q. 10. *n. 3.*, Fragos. de Regim. Reip. p. 3. disp. 13. §. 1. *n. 5.*, Britt. in cap. Potuit, §. 5. de Locat. *n. 44.* & 45. Sed contrarium tenent DD., qui asserunt obligationem solvendi laudemium non esse annexam rei emphyteuticæ, neque transire in quemlibet possessorem; & solum pro laudemio competere actionem personalem; de quo vide Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 4. à *n. 38.*, Cald. de Extinct. emphyt. cap. 16. num. 88., August. Barbof. in Repertor. verb. Laudemium, licet sibi contrarius aliud dicat in Collect. ad Text. in cap. Potuit, de Locat. *n. 43.*

Et quid si Emphyteuta dederit in pignus rem emphyteuticam pro quantitate, quæ respondeat justo ejus valori, vel aliquid amplius, itaut non sit spes luitionis, an debeat Domino laudemium? affirmative resolvit Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 9. *n. 2.*; nam qui plus acquirit super pignus, quàm illud valet, jam animum luendi habere non censetur; & Emphyteuta ita solum palliare alienationes ad fraudandos Dominos directos juribus, & laudemii; Sperel. dec. 74. *n. 11.* & 12., Carol. de Luc. de Linea legal. artic. 22. ex *n. 33.*, Pinheir. de Emphyt. disp. 4. *n. 100.*, Negusant de Pignorib. p. 2. membr. 3. *n. 79. prop. fin.*, Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. q. 9. *n. 2.*, & tit. de Alienat. q. 1. *n. 243.*

(a) Vide quæ supra notantur verb. Foreiro querendo vender o prazo, que he de Capella, Hospital, ou Albergaria, &c.

(b) Emphyteuta alienans rem emphyteuticam absque consensu Domini directi, incidit in commissum, & sic perdit rem emphyteuticam, ut disponit hæc Or-

dinatio; & de Jure Communi probatur ex L. fin. Cod. de Jur. emphyt., Andreol. contror. 90. à *n. 1.*, Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. à *n. 6.*, Cancer. p. 1. Var. cap. 11. *n. 4.*, August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. *n. 46.*, Altimar de Nullit. contract. rubr. 1. p. 2. q. 18. *n. 474.*, & p. 4. q. 39. *n. 730.*, Cald. de Extinct. emphyt. cap. 3. à *n. 1.*, Valasc. de Jur. emphyt. q. 38. num. 5., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 6. *n. 88.*, Peg. For. cap. 9. *n. 2.*

Et hæc amissio emphyteusis incurritur ipso facto, quin debeat expectari Judicis sententia declaratoria; Cald. de Extinct. emphyt. cap. 17. *n. 3.*, & cap. 18. *n. 2.* & 3., Peg. For. cap. 9. d. *n. 2.*, Pinheir. de Emphyt. disp. 8. sect. 5. *n. 66.* Sed contrarium, scilicet, quod sit necessaria sententia declaratoria in omni casu, quo pœna incurritur ipso facto, tenet Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Variis caducitat. q. 18. à num. 6., Fragos. de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. disp. 10. §. 2. à *n. 3.*, Portug. de Donat. p. 2. cap. 29. à *n. 48.*, & p. 3. cap. 35. à *n. 7.*, Thom. Vaz alleg. 29. *n. 71.*, Guerreir. de Inventar. lib. 4. cap. 13. *n. 5.*, Reynof. observ. 40.

Et ad incurrendam istam caducitatem propter alienationem emphyteusis irrequisito Domino, necesse est quod contractus sit validus; si enim venditio, vel alia quælibet alienatio sit nulla, non incurritur in commissum; Olea de Cess. jur. tit. 2. q. 5. *n. 28.*, August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. *n. 64.* & 72., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. *n. 172.*, Altimar de Nullit. contract. tom. 4. q. 18. *n. 462.*, Pinheir. de Emphyt. disp. 8. sect. 3. num. 42., Reynof. observ. 5. *n. 18.*

Debet etiam intervenire traditio; nam si illa non sequatur, non incidit Emphyteuta in commissum; Guttierr. de Gabell. q. 7. num. 20. & 21., Gom. in L. 45. Taur. *n. 94.*, Olea de Cess. jur. tit. 2. q. 1. *n. 44.*, Antonel. de Temporal. legal. lib. 3. cap. 7. *n. 62.*, Rot. apud Torr. de Pact. futur. success. dec. 81. *n. 40.*, Barbof. in cap. Potuit, de Locat. *n. 63.*, Pinheir. de Emphyt. disp. 8. sect. 3. num. 40. Peg. For. cap. 9. num. 109.

Et an ad incurrendam istam pœnam caducitatis sufficiat traditio facta per clausulam constituti? vide Fragos. d. disp. 10. §. 1. à num. 8., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. *n. 134.* & 135., Pinheir. de Emphyt. d. disp. 8. sect. 3. *n. 46.* & 47. & 48. Si tamen in contractu, in quo fit alienatio per clausulam constituti adsit clausula reservativa consensus Domini, tunc Emphyteuta non incidit in commissum; Rota apud Salgad. in Labyrinth. credit. dec. 36. *n. 11.*, Cyriac. contror. 314. *n. 18.*, & contror. 506. *n. 34.*, Torr. de Pact. futur. success. lib. 1. cap. 29. *n. 44.*, Sabel. in Sum. §. Emphyteusis, sub *n. 46.* versic. Item non incurrit, Altimar de Nullit. contract. tom. 6. rubr. 1. p. 4. q. 39. *n. 763.* versic. Emphyteuta alienans, & tom. 8. rubr. 2. q. 1. sect. 1. *n. 119.* versic. Sed modo, Pinheir. de Emphyt. d. disp. 8. sect. 3. *n. 41.*, Peg. For. cap. 9. *n. 133.*

Neque etiam incidit in commissum Emphyteuta alienans rem emphyteuticam pro pretio, quod aliquis tertius declaraverit, si tale pretium ab ipso tertio non declaratur; Rot. apud Salgad. in Labyrinth. credit. dec. 51. num. 26.

Neque incidit in commissum alienans, irrequisito Domino, in personas comprehensas in investitura; Card. de Luc. lib. 2. tit. de Regalib. disc. 23. *n. 4.* & 9., Rot. apud Salgad. in Labyrinth. dec. 88. *n. 13.*, Altimar de Nullit. tom. 4. q. 18. *n. 463.*, Peg. For. cap. 9. *n. 143.*, Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Alienat. q. 1. *n. 193.* Alios casus, in quibus Emphyteuta alienans sine requisitione Domini non incidit in commissum, vide apud August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. à *n. 63.* usq. ad 89., Altimar de Nullit. contract. tom. 6. rubr. 1. p. 4. q. 39. à *n. 731.* usq. ad 759., Pinheir. de Emphyt. disp. 8. sect. 3. à *n. 40.* usq. ad fin., Peg. For. cap. 9. à *n. 109.* usq. ad 143.

Et an Emphyteuta alienans partem emphyteusis incidat in commissum, & cadat à tota emphyteusi? vide Guttierr. Quæst. Civil. lib. 2. q. 115. *n. 7.*, Castilh. lib. 1.

Foreiro, que vendo o prazo sem consentimento do Senhorio, póde ser constangido a que o haja á maõ, tornando-o a cobrar; e a que pague o foro na fórma do contrato, *liv. 4. tit. 38. in princip. (a)*

Foreiro, que alheou o prazo, que se lhe fez para elle, e certas pessoas, com licença do Senhorio; se elle era a primeira vida, o fica tambem sendo o comprador, em quanto elle viver; e depois da sua morte, come-

çará a ser a segunda, *liv. 4. tit. 38. §. 2. (b)*

Foreiro, que comprou o foro, e morreo emvida daquelle, que lho vendeo, poderá nomear outrem, a quem por sua morte fique a cousa afforada, *ibid. §. 3. (c)*

Foreiro, que vender o prazo com licença do Senhorio, e no contrato da venda puffer alguma clausula, se guardará pelos contrahentes o que no contrato for acordado, *ibid. §. 4.*

Foreiro,

*Controv. cap. 24. n. 8. & 26., Altimar de Nullit. tom. 4. q. 18. n. 481., August. Barbof. in cap. Potuit, de Locat. num. 82., Sabell. §. Emphyteusis, sub n. 46. vers. An autem, Peg. For. cap. 9. num. 131., Pinheir. de Emphyt. d. sect. 3. num. 52. & 53.*

Et sicut Emphyteuta non potest alienare emphyteusim, irrequisito Domino, ita etiam non potest in illa servitute constituere, nisi ejus vita tantummodo durante; *Card. de Luc. tom. 4. tit. de Servitut. disc. 22. à n. 2., Castilh. lib. 1. Controv. cap. 35. n. 17., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Renuntiat. q. 3. à n. 2., & tit. de Alienat. q. 1. num. 278., Altimar de Nullit. contract. tom. 4. q. 18. n. 473., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 6. §. 2. n. 96. prop. fin.*

Et an Emphyteuta possit renuntiare, & dimittere emphyteusim invito Domino? vide Fontanel. *de Pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 18. p. 1. à num. 129., Cyriac. controv. 182. n. 69., Card. de Luc. tom. 4. tit. de Emphyt. disc. 38. n. 1., & seqq., & disc. 69. n. 2. & 5., Valasc. conf. 28. n. ult., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Renuntiation. q. 5., Altimar de Nullit. tom. 4. q. 18. n. 486., Antonel. de Temp. legal. lib. 3. cap. 7. n. 89., Molin. de Just. & Jur. disp. 453. n. 24., Fragof. de Reg. Reip. p. 3. lib. 7. disp. 14. §. 11. n. 13.*

(a) Emphyteuta vendens rem emphyteuticam absque consensu Domini potest cogi ab eo, ut recuperet rem ita indebitè alienatam, & secum perseveret in contractu emphyteutico, ut decernit hæc Ordinatio, & tenet Molin. *de Just. & Jur. disp. 459. n. 23.*

Et de actione reivindicacionis Domino competente ad recuperandam emphyteusim propter caducitatem, vel commissum, vide Peg. *For. cap. 28. à n. 1., qui omnia ad hoc punctum latissimè congerit.*

(b) Emphyteusi vendita ab eo, qui potestatem habebat nominandi secundam, vel tertiam vitam, durat in persona emptoris jus illius vitæ, quam habebat venditor, dum ipse vixerit, itaut si venditor fuerit prima vita, erit etiam emptor prima vita pro tempore, quo vixerit venditor, & post ejus mortem incipit esse secunda; & similiter si fuerit secunda, vel tertia; ut declarat ista Ordinatio; *Caldas de Exinct. emphyt. cap. 21. à n. 1., & de Renovat. q. 7. n. 7., Britt. ad rubr. de Locat. p. 1. §. 1. n. 91., Pinheir. de Emphyt. disp. 6. sect. 6. §. 1. à n. 112., Peg. For. cap. 9. n. 185., & cap. 28. num. 593., Guerreir. de Division. lib. 2. cap. 12. n. 61., Cordeir. tract. 3. de Jur. emphyt. dubit. 35. n. 15.*

Quid autem si Emphyteuta, qui fuerit tertia vita, vendat rem emphyteuticam, an duret ipsa tertia vita per vitam venditoris solummodo, an per totam vitam emptoris? vide *Cald. de Exinct. emphyt. d. cap. 21. num. 1. versic. Potest, Pinheir. de Emphyt. d. disp. 6. sect. 6. num. 113.*

Ad verba: *Para elle, e certas pessoas*: Hæc Ordinatio magnam offert difficultatem in istis verbis; nam ex illis infertur, quòd vendi potest emphyteusis accepta pro se, & certis personis; & hoc est contrarium Juri communi, ubi dispositum extat, quòd emphyteusis de providentia, quam pater acceptat pro se, & filiis, ac cæteris descendentibus, seu nomine familiæ, non potest vendi; quia in ea non succedunt filii jure hæredita-

rio, sed tanquam nominati à Domino directo primo concedente; *Gam. dec. 5. n. 7., Valasc. de Jur. emphyt. q. 49. n. 6., Cald. de Exinct. emphyt. cap. 19. à n. 20., & seqq., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 3. à n. 1., Fragof. de Regim. Reip. p. 3. disp. 9. §. 8. per tot., Pinheir. de Emphyt. disp. 5. sect. 3., & §. 1. 2. & 3., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Contract. emphyt. q. 24. per tot., & tit. de Alienat. q. 8., & multos alios citat Peg. For. cap. 10. n. 69., quamvis ille contrarium defendere conetur à n. 88.*

Sed ad hujus Legis difficultatem variè respondent DD.; primo enim dicunt debere intelligi de venditione voluntaria, in qua si pater vendit, & pretium rei venditæ recipit, difficultè potest filius defraudari; *Phæb. p. 2. dec. 186. n. 13.* Alii intelligunt, quòd illa verba: *Certas pessoas*, debent referri solummodo ad numerum personarum, videlicet pro certo numero personarum, nempe pro tribus personis nominandis; non verò, quando personæ sunt certæ, ut quando accipitur pro filio, cui ex illa stipulatione jus quæritur; *Phæb. d. dec. 186., & d. num. 13., Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 3. num. 10., Peg. For. cap. 10. n. 21.* Alii intelligunt dispositionem hujus Legis procedere tantummodo in emphyteusi nova, quam quis immediatè à Domino directo accepit; non verò in emphyteusi antiqua, quæ provenit ab avis, & proavis; *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Contractib. q. 24. n. 9., Valasc. de Jur. emphyt. q. 49. n. 6. versic. Alii tanen, Britt. in cap. Potuit, de Locat. §. 3. num. 5., Pinheir. de Emphyt. disp. 5. sect. 3. §. 2. num. 55.* Sed Britt. & Pinheir. hanc distinctionem rejiciunt in locis citatis; sed quia hæc materia vasta, & difficilis est, eam videre poteris apud Doctores hîc citatos, qui eam latissimè pertractant.

(c) Emphyteuta, qui emit emphyteusim, & postea decedit in vita venditoris, potest nominare successorrem ad emphyteusim, & si non nominaverit, devolvitur emphyteusis in terminis Ord. *lib. 4. tit. 36.*, ut declarat hæc Ordinatio. Ad cujus intelligentiam debet adverti, quòd in d. tit. 36. decernitur, quòd, moriente Emphyteuta sine nominatione, devolvitur emphyteusis ad Dominum; sed hæc dispositio intelligitur in moriente in prima vita, qui poterat nominare secundam, vel in moriente in secunda, qui poterat nominare tertiam; & limitatur in moriente in tertia, quia cum non haberet jam vitam, quam nominare posset, succurritur ejus hæredi, seu agnato per beneficium renovationis ex æquitate Bartholi, ut in suo loco dicemus. Hoc supposito, oritur quæstio: Si Emphyteuta emens à venditore, qui erat tertia vita, postea decedat, vivo venditore, & neminem ad emphyteusim eligat; an in hoc casu devolvatur emphyteusis ad Dominum, seu teneatur ipse Dominus renovationem facere proximiori agnato? Ratio dubitandi est, quia vivente venditore, durat tertia vita, tam in emptore, quam in cæteris successoribus: ergo emptor habebat vitam, quam nominare poterat, quæ erat eadem tertia, quæ durabat, dum venditor viveret: vide ad resolutionem quæ supra notavimus in verb. *Bens empraxados de nomeação, finando-se o foreiro ab intestado, &c.*

(a) Agit

Foreiro, que não pagar a pensão, ou foro ao Senhorio por tempo de tres annos continuos, e cumpridos, perde o prazo para o Senhorio, se elle o quizer, *liv. 4. tit. 39. in princip.* (a)

Foreiro, que não pagou tres annos a pensão, não purga a mora offerecendo ao Senhorio todo o foro, e pensoes devidas, ainda que o Senhorio lhe receba as mesmas pensoes, *ibid. §. 1.* (b)

Foreiro purga a mora de não haver pago

as pensoes a tempo devido, se o Senhorio, aceitando as mesmas pensoes, o relevar expressamente do commisso, *ibid. (c)*

Foreiro de cousa Ecclesiastica, não pagando dous annos, perde o foro, *liv. 4. tit. 39. §. 2.* (d)

Foreiro da Igreja, que cahio em commisso, póde purgar a mora até o tempo, em que he citado, offerecendo as pensoes antes da lide contestada, *ibid. (e)*

Foreiro

(a) Agit Ordinatio in hoc Titulo de caducitate emphyteusis ob non solutum canonem; & decernit, quod non solvente Emphyteuta pensionem per triennium, devolvitur ad Dominum directum ipsa emphyteusis, si Dominus ita voluerit; de cuius materia vide DD., quos supra retulimus in verb. *Commisso incorre nelle o Foreiro do prazo secular, que deixou de pagar o foro por tres annos, &c.*

Amplia 1. hanc conclusionem, etiam si res emphyteutica sit magni valoris, & pensio solvenda valde exigua; Molin. *de Just. & Jur. disp. 453. n. 12.*; Cald. *Recept. sentent. lib. 1. q. 11. n. 12.*; Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 4. n. 25.*; Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. disp. 10. §. 1. n. 11. versic. Ceterum*, Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. Canon. q. 1. n. 10.*; August. Barbof. *in Collect. ad Text. in cap. Potuit n. 91. de Locat.*, Pinheir. *de Emphyt. disp. 8. sect. 2. n. 17.*

Amplia 2. etiam si non in totum, sed in parte, & in uno nummo cessaverit a solutione canonis; Molin. *d. disp. 453. n. 13.*; Gam. *dec. 41. n. 2.*; & *dec. 119. n. 1.*; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. Canon. q. 1. n. 11.*, qui in numeris seqq. hanc dispositionem declarat, & eam etiam explicat Pinheir. *de Emphyt. disp. 8. sect. 2. n. 18.*; Fragos. *ubi sup. d. n. 11. versic. Dico secundo*; Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 72.*; Sabell. *in Sum. §. Emphyteusis, sub n. 50. versic. Quod emphyteuta*, Cald. *conf. 38. n. 9.*; Britt. *in cap. Potuit, §. 4. de Locat. n. 29.*, qui contrarium tenet.

Amplia 3. etiam si Dominus Emphyteutam non interpellaverit, ut canonem solvat; August. Barbof. *in d. cap. Potuit, de Locat. n. 93.*; Pinheir. *de Emphyt. d. disp. 8. sect. 2. n. 15. in fin.*; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. d. q. 1. n. 43.*

Amplia 4. ut culpa in non solvendo canonem commissa per patrem præjudicet filiis, & aliis in investitura comprehensis; Cald. *de Extinct. emphyt. cap. 19. n. 7.*; Fulgin. *d. tit. de Solut. canon. q. 1. n. 48.*, qui in numer. seqq. hanc ampliationem declarat; sed vide Cabed. *p. 1. dec. 154. n. 5.* Quod tamen restringe, nisi pater in fraudem filii pensionem non solvat, ut declarat idem Cald. *sup. n. 10.*; Clar. *in §. Emphyteusis, q. 8. versic. Sed hic quero*, Fulgin. *d. q. 1. n. 52.*

Amplia 5. etiam si emphyteusis deterior fiat propter aliquod damnum contingens, puta, propter corrosionem fluminis, vel quid simile, etiam si maxima pars perierit, quia Emphyteuta non excusabitur a solutione canonis; Altimar *de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. q. 17. n. 426.*; & *q. 18. n. 95.*; Fulgin. *d. tit. de Solut. canon. q. 1. n. 91.*; & *n. 369.*; Themud. *dec. 110. n. 4.*; Card. *de Luc. lib. 4. tit. de Emphyt. disc. 43. n. 3.*

Amplia 6. in Minore, & Ecclesia, qui etiam incidunt in commissum propter canonem non solutum; sed tamen gaudent beneficio restitutionis; Pinheir. *de Emphyt. d. disp. 8. sect. 2. n. 37.*; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. d. q. 1. à n. 172.*; & *à n. 181.*

Amplia 7. etiam si emphyteusis deveniat ad plures hæredes, & unus ex eis non solvat pensionem, quam pro parte sua debebat; Molin. *de Just. & Jur. disp. 453. n. 14.*; Pinheir. *de Emphyt. disp. 8. sect. 2. n. 20.*; Conciol. *de Hæred. solvent. debit. def. art. 1. n. 591.*; Sabell. *in Sum. §. Hæres, n. 15.*; Fulgin. *de Jur. emphyt. d. q. 1. n. 63.*; Card. *de Luc. d. tit. de Emphyt. disc. 46. n. 8.*; Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. disp. 12. n. 8.*

Amplia 8. etiam si emphyteusis sit perpetua, quia intelligitur esse perpetua, donec pensio reddatur; Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. disp. 10. §. 1. n. 11.* Sic ampliat nostra principali conclusione; nunc eam limita 1. ut, scilicet, Emphyteuta non cadat à jure suo ob non solutum canonem, quando propter probabilem ignorantiam non solvit; nam tunc ei succurritur per restitutionem in integrum, Molin. *de Just. & Jur. disp. 453. n. 11.*; Cald. *de Renovat. q. 5. n. 25.*; & *de Extinct. emphyt. cap. 7. n. 18.*; August. Barbof. *in cap. Potuit, de Locat. n. 102.*; Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. q. 1. n. 257.*; Sabell. *in Sum. §. Emphyteusis, sub n. 55.*; Pinheir. *de Emphyt. disp. 8. sect. 2. à n. 22.*

Limita 2. si Emphyteuta non possit assequi possessionem rei emphyteuticæ; Gam. *dec. 83. n. 2. in fin.*; Fulgin. *d. q. 1. n. 280.*; August. Barbof. *in d. cap. Potuit, n. 109.*; Sabell. *in Sum. §. Emphyteusis, n. 53.*; Card. *de Luc. lib. 4. tit. de Emphyt. disc. 41. n. 8. in fin.*; & *disc. 42. n. 6.*; & *disc. 43. num. 2.*

Limita 3. si Emphyteuta fuerit creditor Domini ex alia causa, in tanta quantitate, vel majori, & paratus sit compensare; August. Barbof. *in d. cap. Potuit, de Locat. n. 99.*; Fulgin. *d. tit. de Solut. canon. q. 1. n. 300.*; Molin. *de Just. & Jur. disp. 453. num. 10.*; Sabell. *d. §. Emphyteusis, n. 54.*; Pinheir. *de Emphyt. disp. 8. sect. 2. n. 26.*

Limita 4. si propter bellum, vel pestem nullos fructus ex re emphyteutica percipere potuit; Clarus *in §. Emphyteusis, q. 8. versic. Sed quid*, August. Barbof. *in d. cap. Potuit, n. 110.*; Valasc. *de Jur. Emphyteut. q. 27. n. 13.*; Fulgin. *d. q. 1. n. 331.*

Limita 5. si Emphyteuta in toto triennio fuerit detentus in carceribus, quia tanquam legitime impedito non currit tempus; August. Barbof. *ubi sup. n. 107.*; Fulgin. *d. quest. 1. n. 328.*

Limita 6. si Emphyteuta sit ita pauper, ut propter paupertatem non solvat canonem; August. Barbof. *sup. n. 108.*; Fulgin. *d. q. 1. n. 34. & 379.*; Sabell. *d. §. Emphyteusis, n. 55.*; Fragos. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 6. disp. 10. §. 1. versic. Dico secundo*; Card. *de Luc. lib. 4. tit. de Emphyteut. disc. 42. n. 5.*; & *disc. 41. n. 8.*

Limita 7. si res Emphyteutica in totum pereat; quia tunc perit Dominio, & liberatur Emphyteuta a solutione pensionis; Vela *disertat. 33. à num. 8. & 63.*; Harppr. *in §. Adeo autem, Instit. de Locat. n. 372.*; & *seqq. & 512.*; Valasc. *de Jur. emphyt. q. 27. n. 1.*; Phæb. *dec. 58.*; Pinheir. *de Cens. disp. 1. sect. 6. §. 2. n. 89.*; & *de Emphyt. disp. 4. sect. 3. à num. 17. ubi latè*, Altimar *de Nullit. contract. rubr. 1. q. 18. n. 92.*

(b) Vide supra verb. *Commisso, em que incorreo o Foreiro por não pagar tres annos, &c.*

(c) Vide supra verb. *Commisso, em que incorreo o Foreiro por não pagar o foro, não fica relevado, &c.*

(d) Vide supra verb. *Commisso incorre nelle o Foreiro de prazo Ecclesiastico, &c.* Et intellige hanc conclusionem cum omnibus ampliationibus, & limitationibus, quas supra retulimus in verb. *Foreiro, que não pagar a pensão, ou foro ao Senhorio por tempo de tres annos, &c.*

(e) Vide supra verb. *Commisso, em que incorreo o Foreiro do prazo Ecclesiastico, póde purgá-lo, &c.*

(a) In

Foreiro de prazo da Corôa, Morgado, Capella, ou Commenda não pôde dar dinheiro de entrada, nem outra cousa ao Senhorio, por lhe afforar, ou innovar, *liv. 4. tit. 41. (a)*

Foreiro de prazo Ecclesiastico, que co-

metter crime de heresia, perde o prazo para o Fisco, se for de qualidade, que possa passar a herdeiro estranho; e não podendo passar a herdeiro estranho, logrará os fructos em vida do herege condemnado, *liv. 5. tit. 1. §. 1. e 2. (b)*

Foreiro

(a) In concessione, seu renovatione emphyteusis nihil pro introitu, seu ingressu accipiendum est, si emphyteusis fuerit Coronæ, Majoratus, Capellæ, vel Præceptorie, ut disponit hæc Ordinatio; de cuius materia vide *Caldas de Renovat. emphyt. q. 20. n. 3.*, Valasc. *de Jur. emphyt. q. 10. n. 2.*, Gam. *dec. 55. n. 2.*, Cabed. *p. 2. dec. 27. n. 11. in fin.*, Thom. Vaz *alleg. 28. n. 42.*, Britt. *in cap. Potuit, de Locat. §. 1. num. 43.*, Fragof. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 7. disp. 14. §. 14. per tot.*, Molin. *de Just. & Jur. tract. 2. disp. 450. à n. 3.*, August. Barbof. *in Repertor. verb. Emphyteusis, pag. 70. col. 1.*, Peg. *de Majorat. tom. 1. cap. 6. sub n. 471.*, ubi refert iudicatum; & *in tom. 11. ad Ord. lib. 2. tit. 35. ad §. 25. cap. 269. n. 14. 20. & 31.*, & *tom. 2. Forens. cap. 9. n. 345.* Et ratio est, quia administratores horum honorum, non extante hac prohibitione, facile impellerentur ad eadem bona emphyteuticanda; ad consequendum lucrum, quod sibi pro ingressu oblatum fuerit, in magnum detrimentum successorum, ut ponderant Doctores *supra citati.*

Et ex hoc inferitur, quod Ecclesia pro renovatione emphyteusis nihil potest accipere intuitu ingressus; & ita decretum extat in Constitutionibus Episcopatum, quas recenset Cald., Vaz, & Fragof. *in locis supra citatis.* Quod tamen intelligit Molin. *in d. disp. 450. n. 5.* quatenus id fuerit in præjudicium successorum, ut, si pensio modica sit, & pecunia pro ingressu sit in notabili quantitate; & hoc comprobatur ex Concil. Trident. *sess. 25. cap. 11. de Reformation.*

Inferitur etiam ex hac Ordinatione, quod præter hos casus, & personas in illa comprehensas, potest acceptari, & pacisci de certa pecunia pro ingressu; ita declarat Fragof. *d. §. 14. n. 5.*, Fulgin. *de Jur. emphyt. in Prælu. q. 16. per tot.*, Thom. Vaz *alleg. 28. n. 40.*, dummodò quantitas, quæ pro ingressu præstatur, unà cum pensione, arbitrio prudentis non excedat limites æqualis retributionis pro emphyteusi, ut advertit idem Molin. *d. disp. 450. n. 6.*, Valasc. *de Jur. emphyt. q. 10. num. 6.*, Fulgin. *in Prælu. d. q. 16. n. 5.*

Inferri amplius potest ex hac Ordinatione posse bona Coronæ, Capellæ, Majoratus, & Præceptorie in emphyteusim dari, dummodò nihil pro ingressu accipiatur: sed hæc illatio sustineri non potest; nam contrarium sonant verba Legis, ibi: *Que tiverem poder para afforar*; ex quibus patet necessariam esse præcedentem licentiam, ut Donatarii, Administratores, & Commendatarii possint in emphyteusim talia bona concedere.

Et quod bona Coronæ non possint emphyteuticari absque licentia Regis, probatur ex Ord. *lib. 2. tit. 35. §. 25.*, ad quam vide notata verb. *Bens da Corôa, se não poderão emprazar pelos Donatarios, sem auctoridade d' El-Rey*; & si Rex præstet licentiam ad emphyteuticanda bona, postea tamen revertantur ad Coronam, an teneatur Rex contractum servare: affirmativè videtur probari ex Ord. *lib. 2. tit. 35. d. §. 25.*, de quo tamen vide Carleval *de Judic. tit. 3. disp. 23.*, præcipuè ex *num. 29. & 31.*, Harppr. *in §. Creditor 4. Instit. Quib. mod. re contrah. oblig. à n. 188.*, Salgad. *in Labyrinth. p. 3. cap. 3. à n. 92.*, Carol. de Luc. *de Linea legal. artic. 7. à n. 107.*

Idem procedit in bonis Majoratus, & Capellæ, quæ non possunt emphyteuticari, nec etiam in tres vitas, sine expressa licentia Regis, aut Institutoris; Gam. *dec. 192.*, & *dec. 222. num. 3.*, Pinel. *in L. 1. Cod. de Bon. matern. p. 3. n. 65.*, Valasc. *conf. 95. n. 2.*, Egid. *in L. Ex hoc jure, p. 2. cap. 9. n. 13. versic. Unde novissime*, Barbof. *in L. 2. Cod. de Præscript. 30. vel 40. annor. num. 407.*, Gabr. Per. *dec. 37. n. 8. versic. Quod, & n. 11. versic. Atque, Carvalh. in cap. Reynaldus, p. 2. à n. 310.*, Cald. *de Renov. q. 16.*, Phæb. *dec. 6.*, Reynof. *observ. 70.*, Barbof. *in L. Quia tale, n. 86.*

& *88. ff. de Solut. matrim.*, Pinheir. *de Emphyt. disp. 2. sect. 3. à n. 32.*, Peg. *For. tom. 3. cap. 28. n. 372.*: quod tamen limita, si terra sit inculta, & dumosa, aut inutilis; tunc enim poterit in emphyteusim dari, Carvalh. *in d. cap. Reynaldus, p. 2. n. 315.*, Gam. *dec. 16. n. 3.*, Gabr. Per. *dec. 37. per tot.*, & *n. 11. versic. Ex quibus*, Pinheir. *de Emphyt. d. sect. 3. n. 38.*

Idem procedit etiam in rebus Ecclesiæ, quæ non possunt in emphyteusim concedi, nisi præcedente licentia Romani Pontificis, juxta dispositionem Extravag. *Ambitiosæ, de Reb. Eccles. non alienand.* Sed quia super dispositione d. Extravag. dubitant DD., & tenent aliqui non esse necessariam talem licentiam, intelligendo in hunc sensum d. Extravag., & materiam diffusè pertractant, ac videri potest apud Oliv. *de For. Eccles. p. 2. q. 43. à n. 63.*, Pinheir. *de Cens. disp. 1. sect. 5. §. 1. à n. 47.* & alios, quos congerit Castilh. *lib. 1. Controv. cap. 5. n. 25.*, qui tamen limitant in sediminibus, vulgò *Passaes*, dicentes non posse in emphyteusim concedi, inconsulto Romano Pontifice, Cald. *de Renovat. emphyt. q. 15. num. 15. & 16.*, Phæb. *p. 1. dec. 82. n. 17.*, Gabr. Per. *de Man. Reg. cap. 27. num. 36.*, August. Barbof. *de Potest. Episcop. p. 3. alleg. 95. n. 28.*, Fragof. *de Regim. Reip. p. 3. lib. 7. disp. 14. §. 6. n. 8.* Sed submitant in sediminibus, vulgò *Passaes* Ecclesiarum filialium, quæ vulgò dicuntur annexæ, seu unitæ, quæ, sicut cætera bona Ecclesiæ possunt in emphyteusim concedi absque licentia Pontificis; Gabr. Per. *dec. 22. à n. 8.* & *de Man. Reg. d. cap. 27. n. 36.*, Fragof. *d. §. 6. n. 9.*, Pinheir. *de Cens. disp. 1. sect. 5. §. 1. n. 49.*; ab hac tamen opinione recedit Oliv. *de For. Eccles. d. q. 43. n. 67.* dicens hoc esse manifestè contra litteram prædictæ Extravagantis *Ambitiosæ*, quæ nullam differentiam facit, sed omnia bona, quæ non solent dari in emphyteusim comprehendit.

Et nota, quod si emphyteusis sine debitis solemnitatibus nulliter sit concessa, non potest Emphyteuta evadere solutionem census, aut canonis, ut ex multis probat Altimar *de Nullit. contract. tom. 7. rubr. 1. p. 5. q. 48. n. 347.*, quia ubi nullitas in alicujus favorem est introducta, non habet locum, nisi ille velit; nec de hac nullitate opponere potest Emphyteuta; Guerreir. *de Dat. Tutor. & Curat. lib. 7. cap. 18. n. 7. 8. & 9.*

Quæstio tamen est, an si bona solita emphyteuticari devolvantur ad Ecclesiam, & consolidetur dominium utile cum directo, possint iterum in emphyteusim concedi absque solemnitatibus à Jure requisitis: negativè resolvunt August. Barbof. *de Potest. Episcop. p. 3. alleg. 95. n. 29. in fin.*, Vela *disert. 15. n. 79. in fin.*, Rotario *tom. 2. lib. 3. cap. 2. punct. 6. n. 15. in fin.*, Pinheir. *de Emphyt. disp. 2. sect. 2. §. 2. n. 27.*: quia postquam emphyteusis est devoluta, & incorporata in patrimonium directi domini, ejusque possessio ab illo apprehensa, si denuò renovatio fiat, dicitur nova emphyteusis, & non antiqua; nisi renovaretur sub commemoratione antiquarum investiturarum, & sub eisdem pactis, & qualitibus; ut dicit Cald. *de Renovat. emphyt. q. 4. n. 14. versic. Illud autem.*

Et nota, quod in casibus supra positus, in quibus prohibetur emphyteusis, si quilibet Administrator rem indebitè alienaverit in emphyteusim, poterit eam vendicare, & venire contra factum proprium, ex eo quia talis alienatio nulla est, ut declarat nostra Ordinatio *in finalibus verbis.* Regulariter verò, quando possessor majoratus, seu ejus hæres, simulque possessor majoratus, possit rem alienatam vendicare, vide plenè Rox. *de Incompatibilit. p. 5. cap. 6. per tot.*, ubi Aquil.

(b) Vide supra verb. *Confiscação se faz no prazo Ecclesiastico, &c.*; & verb. *Fisco leva os fructos do prazo, que não passa a herdeiro estranho, &c.*

(a) Vide

Foreiro de prazo da Corôa, que cometer crime de Lesa-Magestade, por que seus bens devaõ ser confiscados, perde o prazo para a Corôa, *liv. 5. tit. 6. §. 16. (a)*

Foreiro de prazo Ecclesiastico, que cometer crime de Lesa-Magestade, se lhe confisca o prazo, se for de qualidade, que possa passar a successor estranho; e naõ podendo passar, se confisca a commodidade dos fructos, durante a sua vida, *ibid. §. 17. (b)*

Foreiro de prazo secular, que comette o crime de Lesa-Magestade, se lhe confisca o prazo, podendo passar a herdeiro estranho; e naõ podendo passar, se devolve ao descendente daquelle, a quem primeiro foi dado, *ibid. §. 18. (c)*

Foreiro de prazo, que foi concedido em certas pessoas, que se hajaõ de nomear, se cometer crime de Lesa-Magestade, torna o prazo ao Senhorio, porque o delinquente já naõ póde nomear; e se de antes tiver feita alguma nomeação, naõ terá validade, *ibid. §. 19. (d)*

Foreiro, que pagando a pensaõ do prazo ao Senhorio, o vay depois tomar de emprazamento a outra pessoa, perde o prazo, e tem pena de degredo para Africa, e de açoutes, se for peaõ, *liv. 5. tit. 65. §. 3. (e)*

FOROS da Corôa naõ consentiráõ os Vérea-

dores que se levem em mayor quantia pelos Officiaes, ou pessoas, a quem pertencer a cobrança do que na verdade forem devidos, *liv. 1. tit. 66. §. 14. (f)*

Foros de Capellas, Hospitaes, ou Albergarias se podem dar para sempre, *liv. 1. tit. 62. §. 46. (g)*

Foro de bens da Corôa se regûla como o de pessoas privadas, *liv. 2. tit. 35. §. 7. (h)*

Foro, que o Donatario constituio nos bens da Corôa, que houve d'El-Rey para sempre, ou em certas pessoas, naõ vale mais do que em sua vida, ou em quanto a El-Rey lhe aprover, *liv. 2. tit. 35. §. 25 (i)*

Foro se póde vender, e arrematar por divida do possuidor publicamente, a quem por elle mais dér, naõ sendo achado ao condemnado outros bens patrimoniaes, *liv. 3. tit. 93 §. 2. (k)*

Foro, quando se arrematar, será o Senhorio requerido ao tempo da arremataçaõ, se o quer tanto por tanto, *ibid. (l)*

Foro, que o defunto naõ nomeou fica ao herdeiro instituido, *liv. 4. tit. 36. (m)*

Foro do que morreo ab intestado, ficando por sua morte algum filho legitimo, neto, ou bisneto varaõ, deve ficar a elle: e bem assim á filha, ou neta, naõ havendo filho varaõ, posto que seja mais moço, que a filha, ou neta, *ibid. §. 1. (n)*

Foro,

(a) Vide supra verb. *Confiscação se naõ póde fazer nos bens de Morgado, ou fundo, ou foro, &c.*; & vide latè Peg. tom. 10. ad Ord. lib. 2. tit. 35. ad rubr. cap. 21. ex n. 72.

(b) Vide in locis supra relatis verb. *Foreiro de prazo Ecclesiastico, que cometer crime de herezia, &c.*

(c) Vide supra verb. *Confiscação se faz no prazo secular pelo crime de Lesa-Magestade, &c.*

(d) Ad hanc Ordinationem vide Molin. de Just. & Jur. disp. 481. n. 7. 8. & 9., Cald. de Nomin. emphyt. q. 5. n. 37. 38. & 44., Portug. de Donat. tom. 2. p. 3. cap. 22. n. 78., Pinheir. de Emphyt. disp. 5. sect. 5. §. 7. n. 194., Additionat. ad Reynof. observ. 70. n. 17. versic. *Utrum autem, ad med.*, Peg. For. cap. 9. sub n. 173.

(e) *Pœnam commissi incurrit Emphyteuta, qui in præjudicium Domini, cui pensionem solvebat, alterum Dominum recognoscit, & illi obligatur ad pensionem solvendam; nam ex hoc videtur negare dominium directum vero Domino emphyteutis, quæ negatio sola sufficit, ut Emphyteuta incidat in commissum;* Valasc. de Jur. emphyt. q. 8. n. 10., Fragos. de Regim. Reip. p. 3. disp. 10. §. 3. n. 5., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Var. ca. ducit. q. 5. per tot., Altimar de Nullitat. contract. tom. 4. rubr. 1. q. 18. n. 482., Pinheir. de Emphyt. disp. 8. sect. 4. n. 63., Card. de Luc. lib. 4. tit. de Emphyt. disc. 79. n. 3., & disc. 12. n. 10.

(f) Vide ad materiam Doctores, quos supra retulimus in verb. *Direitos, e confas, que naõ são conteúdos no Foral, nem semelhantes, &c.*

(g) Vide supra notata verb. *Bens de Capellas, Hospitaes, Albergarias, &c.*

(h) Vide supra verb. *Foreiro dos bens da Corôa guardará o mesmo direito, como se fora dos bens das pessoas particulares.*

Tom. I.

(i) Ad materiam hujus Legis vide Molin. de Just. & Jur. disp. 576. n. 10., Valasc. de Jur. emphyt. q. 10. n. 4., Peg. tom. 10. ad Ord. lib. 2. tit. 35. ad rubr. cap. 21. à n. 79. & seqq., & adde Ros. conf. 18., Card. de Luc. tit. de Dote, disc. 146. à num. 25.

(k) Vide supra verb. *Afforamento se póde arrematar com seu encargo por dividas do possuidor delle; & verb. Arrematar se podem os bens foreiros, &c.*

(l) Vide supra verb. *Foreiro faz requerimento ao Senhorio se o prazo tanto por tanto, naõ somente na venda voluntaria, mas tambem na necessaria, &c.*

(m) Vide supra verb. *Foreiro, que toma alguma propriedade de foro para si, e certas pessoas, se fizer testamento, &c.*

(n) *Disponitur in hac Lege, quod in successione emphyteutis ab intestato semper filius masculus præferatur filiaæ sceminae etiam primogenitaæ, vel majori natu; de quo vide Cald. de Renovat. emphyteut. q. 17. à n. 9., Valasc. de Jur. emphyt. q. 41. n. 3., Pinheir. de Emphyt. disp. 5. sect. 5. §. 1. n. 114., Altimar de Nullit. contract. tom. 3. rubr. 1. q. 7. sub sect. 3. n. 130., Cordeir. de Jur. emphyt. dubit. 29. n. 37.*

Et an hæc dispositio procedat etiam in Officiis, in quibus quis habet potestatem nominandi? vide Cabed. dec. 23. n. 11., Phæb. dec. 157. n. 2., & dec. 128. à num. 20 & 21., & p. 2. arrest. 14., Portug. de Donat. p. 2. lib. 1. cap. 3. à n. 20., Fragos. p. 1. disp. 13. n. 321., Arouc. in L. In multis 9. ff. de Stat. homin. n. 131.

Ad verb. *E bem assim á filha, ou neta.* Quid si emphyteutis concessa sit pro se, & filio, non facta mentione filiaæ, veluti, *para hum filho, que de entre ambos nascer, an in hoc casu admittatur filia?* vide Cald. de Renovat. q. 18. n. 3., & de Nominat. q. 17. à n. 30., & de Potest. eligend. cap. 15.



Foro do que morreo ab intestado fica ao filho, e não ao neto, posto que seja filho do filho mais velho, *liv. 4. tit. 36. (a)*

Foro, que o defunto não nomeou instituindo muitos herdeiros estranhos, ficam elles nomeados, *ibid. §. 1. (b)*

Foro, que o defunto não nomeou, deixando herdeiros estranhos, se estes o não encabeçarem, ou venderem dentro de seis mezes, ficará devoluto ao Senhorio, *ibid. (c)*

Foro do que morreo ab intestado, e sem descendentes, virá ao filho natural, posto que seu pay fosse Cavalleiro, e tenha ascendentes, *ibid. §. 4. (d)*

Foro, que hum toma para si, e seus herdeiros, não succede nelle o filho spurio, *ibid. §. 4. (e)*

Foro tomado para marido, e mulher, e para hum filho, que de entre elles nascer, bem poderá o pay, ou mãy, qual delles deradeiro fallecer, nomear hum de seus filhos, ou filhas, qual quizer; mas não poderá nomear pessoa estranha, *liv. 4. tit. 37. §. 6. (f)*

Foro, que se vende, o póde tomar o Senhorio tanto por tanto, dentro de trinta dias contados, do dia, que se lhe notificar, *liv. 4. tit. 38. (g)*

Foro profano se regula pelo Direito Civil; e o Ecclesiastico, pelo Direito Canonico, *liv. 4. tit. 39. §. 2. (h)*

Foro de casas não se paga, senão a dinheiro, ou aves, *liv. 4. tit. 40. (i)*

Foro se póde apenhar ao Senhorio, para que haja a renda, e novos, sem descontar delles cousa alguma, *liv. 4. tit. 67. §. 4. (k)*

Foro, que o marido, e mulher tomaõ, saõ nelle meeiros, e se partirá por morte de algum delles, por estimação entre o que vivo ficar, e os herdeiros do que fallecer, *liv. 4. tit. 96. §. 24. (l)*

Foro da Igreja, que trazia o que comette traição, torna logo á Igreja, *liv. 5. tit. 6. §. 17. (m)*

Foro profano perpetuo, que trazia o que cometteo traição, passa ao Fisco, se for de qualidade, que possa passar a herdeiro estranho; e não podendo passar, vay ao ascendente, ou descendente, que for capaz; e não o havendo, será devoluto ao Senhorio, *ibid. §. 18. (n)*

FORTALEZA do Rey, quem a não entrega a quem El-Rey manda, ou se levanta com ella, ou a perde por sua culpa, caher em crime de Lesa-Magestade, *ibid. §. 2. (o)*

## FRADE,

n. 19., Molin. de Just. & Jur. disp. 474. n. 10. versic. Meritò, Fragos. de Regim. Recip. p. 3. lib. 9. disp. 20. §. 5. num. 11., & disp. 9. §. 9. n. 4. versic. Quinimò, Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Succes. in bon. emphyt. q. 9. à n. 2.; sed hæc questio decisa est in Ord. lib. 4. tit. 37. n. 6., ubi expressè admittitur filia, etiam in casu, quo fiat mentio tantummodò de filio. Et an masculini descendentes ex feminis debeant præcedere fæminas, deficientibus masculis ex linea masculina? vide Fulgin. d. tit. de Succes. in bon. emphyt. q. 10. num. 5.

(a) Vide supra verb. Filho precede ao neto na successão do foro de nomeação ab intestato.

(b) Vide supra verb. Foreiro, que no testamento instituir muitos herdeiros estranhos, &c.

(c) Vide supra notata verb. Afforamento perpetuo, que algumas pessoas tomaõ para si, &c.; & verb. Foreiro, que instituir muitos herdeiros, a quem pertence o foro, &c. Et nota, quòd si hæredes velint potiùs rem vendere per licitationem, in priori loco admittendi sunt hæredes, vel confocii, & plus offerenti tradetur emphyteusis, ut ex pretio aliis competentes portiones solvantur; Valasc. de Partit. cap. 22. n. 9., Cancr. lib. 3. Var. cap. 13. n. 3., Altimar de Nullitat. contract. tom. 4. rubr. 1. p. 2. q. 29. num. 56. Imò si cohæres ad licitandum accedat, & justum pretium offerat, præferendus est licitatori extraneo plus offerenti; Olea de Cess. jur. tit. 3. q. 2. n. 33., Altimar d. q. 29. num. 57.

(d) Vide supra verb. Filho natural succede no foro, não havendo descendentes, aindaque o pay fosse Cavalleiro.

(e) Vide supra notata verb. Filho spurio não póde succeder ab intestado no foro, salvo sendo legitimado.

(f) Vide supra verb. Foreiro, que tomar o prazo para si, e para sua mulher, e para hum filho, &c.

(g) Vide supra verb. Foreiro faz requerimento ao Senhorio, se o quer tanto por tanto, &c.

(h) Vide Oliv. de For. Eccles. p. 1. q. 32. n. 58., Gam. dec. 149. num. 6.

(i) Vide Molin. de Just. & Jur. disp. 446. n. 3. post med., Valasc. de Jur. emphyt. q. 20. à num. 6., Pinheir. de Emphyt. disp. 4. sect. 1. n. 2., qui tamen limitant hanc Ordinationem in domibus Ecclesiarum, nisi longo usu in Tribunalibus Ecclesiasticis idem receptum sit; & adde Barbof. in Additam. ad hunc lib. n. 171.

Ad verb. A dinheiro: intellige de pecunia currente tempore contractus, ut declarat Ord. lib. 1. tit. 62. §. 47., Valasc. d. q. 20. n. 7., explicat Pinheir. d. sect. 1. n. 2. versic. Illud etiam.

Ad verb. Aves: Intellige, quòd si aves, quas Emphyteuta tenetur solvere, sint domesticæ, veluti galinæ, vel capones, non liberatur eas præstando mortuas; si verò sint de genere earum, quæ solent dari mortuæ, quia venatione capiuntur, ut perdices, vel coturnices, satisfaciunt præstando eas mortuas; Valasc. d. q. 20. n. 6. versic. Rursus, Pinheir. d. sect. 1. n. 2., Barbof. in Additam. ad Ord. lib. 4. num. 173., Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. q. 2. n. 16.

(k) Vide supra verb. Apenhar se póde o foro, ou prazo ao Senhorio, &c.

(l) Vide supra verb. Afforamento perpetuo, que toma o marido, ou mulher, &c.

(m) Vide supra verb. Foreiro de prazo Ecclesiastico, que cometter crime de heresia, &c.

(n) Vide verb. Confiscação se faz no prazo secular pelo crime de Lesa-Magestade, &c.

(o) Vide supra verb. Crime de Lesa-Magestade he levantar-se com o Castello, ou Fortaleza d' El-Rey, &c.

(a) Hæc

## FR

**FRADE**, que for achado com alguma mulher, logo seja entregue a seu superior, *liv. 5. tit. 31.* (a)

**FRAUDE**, vide verb. *Engano.*

**FREIRA** se alguem dormir com ella, paga cincoenta cruzados ao Mosteiro, e será degradado por dous annos para Africa; e se for peão, he tambem açoutado, *liv. 5. tit. 15. §. 2.* (b)

Freira se alguem tirar do Mosteiro; se for peão, tem pena de morte, mas não se executa sem o saber El-Rey; e se for de mayor qualidade, paga cem cruzados para o Mosteiro, e he degradado para

fempre para o Brasil, *liv. 5. tit. 15. §. 2.* (c)  
Freira ninguem póde recolher em sua casa sem licença d'El-Rey, sob pena de perder sua fazenda, *ibid. §. 3.* (d)

**FRESTAS**. janellas, ou peitoris, não póde ninguem fazer sobre casas, ou quintaes de outrem, sem coufa alguma se metter em meyo, *liv. 1. tit. 68. §. 24. e 25.* (e)

Fresta, ou janella, que esteve aberta anno, e dia, sendo a parte presente, não se póde desfazer, *ibid. §. 25.*

Fresta, ou janella não a poderá alguem abrir, nem fazer direito do portal, ou da janella, ou da fresta de outro seu vizinho, que mora da outra parte da rúa, *ibid. §. 29.* (f)

## FRETAR

(a) Hæc Ordinatio videtur desumpta ex Concordia 71. Regis Joannis I., apud Gabr. Per. *de Man. Reg. num. 244.*, & ex Concordia Regis Alphonfi V., apud eundem Gabr. Per. *Concord. 10. n. 276.*

Et nota, quod concubina scandalosa Religiosorum vagantium per Civitates absque socio suæ Religionis, eis interdictum fuit per Nuntios Regni, ne extra Domos, & per Urbis plateas sine socio deambulant, & si aliter inventi fuissent, possent capi ab Officialibus Justitiæ; ad cujus executionem justit Rex præstare auxilium Brachii secularis, per Decretum, quod est in *Ord. lib. 5. tit. 31. Coll. 2. n. 1.*

(b) Vide supra verb. *Dormindo alguem com Freira de Religião approvada, &c.* Et nota, quod carnaliter cognoscens Monialem committit sacrilegium, & pœna mortis punitur de jure communi, ex Text. in *Aurb. de Sanctissim. Episcop.*, & in cap. *Si quis rapuerit 27. q. 1.*, Jul. Clar. in *Prax. §. Fornicatio, n. 14. vers. Cum Moniali*, & ibi Bajard. in *Addit. n. 17.*, Farinac. in *Prax. tit. de Delict. carn. q. 146. n. 3.* Et licet per hanc Ordinationem non imponatur pœna mortis, attamen postea correctâ fuit per Extravagantem promulgatam anno 1603., ubi pœna capitalis decernitur contra habentem copulam cum Moniali, ut videre est in *Ord. lib. 5. tit. 15. Coll. 1. num. 1.* Et hanc materiam latissimè pertractat Farinac. *d. q. 146. per tot.*, multosque DD. in comprobationem refert Cortiad. *tom. 1. dec. 89. n. 59.*, & etiam agunt de materia Delib. *de Immunit. tom. 2. cap. 19. per tot.*, Sperel. *dec. 136. & 137.*, Antonel. *de Regim. Eccles. lib. 7. cap. 6.*, Calder. *p. 1. dec. 9. n. 19.* Fontanel. *de Pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 5. p. 2. num. 8.*

(c) Crimen raptus Monialis punitur etiam pœna mortis; ex Text. in *L. unic. Cod. de Rapt. virgin.*, Gom. in *L. 80. Taur. num. 36.*, Farinac. in *Prax. tit. de Delict. carn. q. 145. à num. 215.* ubi latissimè, Matth. *de Re crimin. contrav. 49. per tot.*, Sabell. in *Sum. §. Raptus, n. 6.*, Cortiad. *tom. 1. dec. 89. n. 60.* ubi ampliat, etiam si carnalis copula non sit subsecuta; Farinac. *d. q. 145. n. 204. 213. 214. & 216.*, & sic observatum fuisse dicit Fontanel. *de Pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 6. n. 8.*, Cortiad. *d. dec. 89. n. 61.*

Ad verb. *Paga cem cruzados para o Mosteiro*: Aliqui DD. tenent bona carnaliter cognoscens Monialem applicanda esse illi Monasterio, in quo permanet ipsa Monialis; de quo vide Farinac. in *Prax. tit. de Delict. carn. q. 146. n. 9. & 10.*

(d) Hæc receptatio Monialis in domo est casus inquisitionis in *Ord. lib. 1. tit. 65. §. 64.* Pœnæ autem hujus Legis renovatæ fuere in Extravag., quæ est in *Ord. lib. 5. tit. 15. Coll. 1. n. 1.*

(e) Agit hæc Ordinatio de apertura fenestæ super domum, seu alienum viridarium; & eam prohibet, nisi intermedium aliquod spatium relinquatur: de cujus ma-

teria vide Conciol. *ad Statut. Eugub. lib. 5. rubr. 32. à n. 8.*, Andreol. *contrav. 295. à n. 13.*, Sperel. *dec. 55. n. 9. & 10.*, Card. de Luc. *lib. 4. tit. de Servitut. disc. 2. n. 8.*, Pacichell. *de Dist. ant. cap. 6. membr. 4. n. 15.*, Peg. *tom. 6. ad Ord. lib. 1. tit. 68. §. 24. glos. 32. n. 4.*

Nota tamen, quod fenestæ aliæ sunt prospectivæ, quibus aerem haurimus, prospicimus, & amanitatis gratia fruimus: aliæ verò sunt luciferæ, ad radiorum scilicet divinæ lucis intromittendos; ut ex Text. in *L. Ex quo, §. Nulli autem, Cod. de Aedific. privat. L. Inter servitutes, & L. Lumen, ubi glos. in verb. Inferioribus locis, L. Si arborem 16.*, & *L. Eos 39. ff. de Servitut. urb.*, declarat idem Pacichell. *d. membr. 4. n. 2.*, Luc. *ad Gratian. Dist. 275. num. 11.*

Quoad istas fenestras tantummodò luciferas permittit Lex nostra, quod possint aperiri super tectum, seu viridarium vicini, nullo spatio intermedio: debent tamen distare à pavimento per octo, aut novem palmos, adeò ut excedant altitudinem hominis, sicut in casus contingentia declaravit Rota; ut refert Pacichell. *d. membr. 4. n. 48.*, & vide Peg. *tom. 6. ad Ord. lib. 1. tit. 68. §. 24. glos. 27. n. 92. 93. 95. & 104.*

Quoad fenestras verò prospectivas necessarium est, quod aliquod spatium intermedium relinquatur, & eo relicto potest quis eas licitè aperire, invito vicino, quamvis per eam inspicatur in domum, vel aliam rem vicini; Cæpol. *de Servitut. cap. 62.*, Sabell. *Var. Resolut. cap. 7. n. 32.*, Pacichell. *de Dist. ant. d. membr. 4. n. 17.*, Peg. *tom. 6. ad Ord. lib. 1. tit. 68. §. 24. glos. 27. n. 7.*, servata tamen dispositione Ordinationis *hoc tit. §. 29.*

Limita tamen, quando fenestra haberet prospectum in Religiosos, vel Moniales; de cujus materia vide Molin. *de Just. & Jur. disp. 709. n. 6.*, Urceol. *Consult. For. cap. 75.*, Sperel. *dec. 58.*, Covarruv. *lib. 3. Var. cap. 14. n. 8. vers. Septimo eadem opinio*, Sabell. in *Sum. §. Aedificare, n. 15.*, & *§. Fenestra, sub n. 1. vers. Limita banc conclusionem*, Card. de Luc. *lib. 4. tit. de Servitut. disc. 1. n. 18.*, & *disc. 21.*, Pacichell. *de Dist. ant. cap. 6. membr. 4. n. 24. & 25.*, Portug. *de Donat. p. 3. cap. 39. n. 26.*

Limita etiam nisi apertura fenestæ fiat ad æmulationem alterius; de quo vide Pacichell. *d. membr. 4. n. 17.*, Phæb. *dec. 73. num. 3.*, Portug. *de Donat. p. 3. q. 39. n. 30.*, Sabell. *d. §. Fenestra, n. 1.*, Conciol. *ad Stat. Eugub. lib. 5. rub. 34. n. 2.*, Peg. *tom. 6. ad Ord. lib. 1. tit. 68. §. 24. glos. 27. n. 9. & 17.*

(f) Non posse vicinum de novo ædificare portas, vel fenestras directò adversus januas, vel vicini fenestras, disponit hæc Ordinatio; de qua vide Phæb. *dec. 73. n. 6.*, Fariam *ad Cov. lib. 3. Var. cap. 14. n. 53.*, August. Barbof. *Vot. 102. n. 52. in fin.*, & in *L. Altius 8. Cod. de Servitut.*, & *aqu. n. 5.*, Portug. *de Donat. p. 3. cap. 39. num. 14.* Illicitum enim est, quod vicinus alterius vicini secreta videre

FRETAR navio para fóra do Reyno não póde ninguem mais que por hum anno, *liv. 5. tit. 114.*

FRETES faz depositar o Ouvidor da Alfandega, jurando a parte, *liv. 1. tit. 52. §. 12. (a)*

Fretes faz depositar o Juiz da India, e Mina com juramento da parte, *liv. 1. tit. 51. §. 3. (b)*

FRUCTOS dos bens dos Orfaõs se devem haver por aquella pessoa, que deu causa a se damnificarem os ditos bens, *liv. 1. tit. 88. §. 22. (c)*

Fructos, quando se restituem, se tiraõ as

despesas, que por razaõ delles se fizeraõ, *liv. 4. tit. 48. §. 6. (d)*

Fructos compensa o possuidor de má fé, que fez bemfeitorias, *ibid. §. 7. (e)*

Fructos deve restituir o onzeneiro, que comprou alguma cousa com pacto de retro vendendo, *liv. 4. tit. 4. §. fin. (f)*

Fructos se julgaõ desde a lide contestada, sem o pedir a parte, *liv. 3. tit. 66. §. 1. (g)*

Fructos se haõ de restituir desde a lide contestada da venda, ou compra, que foi desfeita por engano de mais de amétade do justo preço, *liv. 4. tit. 13. §. 10. (h)*

Fructos

videre velit; ut dicit Pacichel. *de Distant. cap. 6. membr. 4. n. 17. in fin.*, & præsumitur fenestram aperiri per malevolentiam, quando videri possunt secreta vicini, & faciens fenestram, nullam, aut modicam percipit utilitatem; ut ex Paulo Castr., & aliis probat idem Pacichel. *d. cap. 6. membr. 4. num. 18.*; & omnis ædificatio facta ad æmulationem vicini sustineri non debet, ut supra notavimus in verb. *Frestas, janellas, ou peitoris, não póde ninguem fazer sobre casas, &c.*

(a) Ad materiam hujus Ordinationis vide Mend. in *Prax. p. 1. lib. 1. cap. 2. n. 15. & 16.*, Arouc. *alleg. 59.* & plenissimè idem Arouc. in *L. 2. §. 1. ff. de Rev. divis. ex n. 256.* & in *L. Jus singulare, 16. ff. de Legib. n. 4.* Et an pro naulo sint merces tacitè hypothecata? vide Gabr. Per. *dec. 45.*, Arouc. *alleg. 3. n. 10.*

Limita dispositionem hujus Ordinationis in casu, quem refert Phæb. *p. 2. arest. 2.* Sed ad illius declarationem vide sequentem Notam Senatoris Oliveira: *Quid si Mercator, vel alia persona merces non recipiat, vel recipere nolit, imò & ad se non pertinere asserat? Videtur dicendum, quòd ad depositum non sit cogendus, & ita judicatum dicit Peg. ad hunc tit. §. 11. & 12.* Nihilominus tamen generalitas Legis obstare videtur; quia quotiescumque de naulo agitur, voluit, ut pars cogatur deponere, si contraria juraverit sibi deberi, aliàs enim fraus quotidie Legi sit: his, & similibus allegationibus judicavimus: præcipuè, quoniam ipsa Lex in versic. E achando, provist in casu, quo pars falsò juraverit: ex quo videtur sentire, quòd quamvis naulum indebitè peti potuisset, nihilominus tamen deponendum est, donec de falsitate juramenti doceatur; quibus & aliis sedulò consideratis, & non obstante sententia, quam refert Peg. depositum fieri justum fuit in Senatu, licet pars merces non recepisset, imò & nolle recipere allegasset. Cogita tamen, quia aliter visum fuit nonnullis Senatoribus doctissimis, anno 1678., unde cavendum ab Arest. Phæb. *p. 2. arest. 2.*, de quo Arouc. in *L. 2. §. 1. de Rev. divis. num. 283. & 289.*, qui post hæc scripta in lucem prodit.

(b) Vide Arouc. *alleg. 59. num. 5. & 15.*, Cabed. *p. 1. arest. 79.*, Mend. à Castr. *p. 1. lib. 1. cap. 2. §. 4. n. 13.*, & *p. 2. lib. 1. cap. 2. n. 103.* ubi dicit, quòd naulum, vulgò freta, non debetur pro mancipiis, quæ decesserint in mari, antequam ad locum sint deportata: & multa ad materiam tradit Hæv. Bolan. *de Commerc. lib. 3. cap. 4. & 5. ex n. 19.* Ad verb. *Faz depositar*; sufficit pignora offerre, quæ parte petente statim venduntur; Mend. à Castr. *p. 1. lib. 1. cap. 2. §. 4. n. 13.* ubi tenet judicatum.

(c) Concordat Ord. *lib. 4. tit. 43. §. 6.*, & *lib. 1. tit. 62. §. 30.*, & vide latissimè ad materiam Guerreir. *tract. 4. de Rationib. reddend. lib. 2. cap. 10. per tot.* Et ad rescindenda hæc damna habet minor tacitam hypothecam in bonis Tutoris; Castilh. *de Aliment. cap. 45. n. 28.*, & *lib. 5. Controvers. cap. 137. à n. 55.*, Valenzuel. *tom. 1. conf. 15. per tot.*, Guerreir. cum multis *tract. 1. de Inventar. lib. 4. cap. 10. n. 70.*, & *tract. 3. lib. 4. cap. 10. n. 48.*, & latissimè *lib. 6. cap. 27. per tot.*, Peg. *tom. 7. ad Ord. in Comment. ad hunc §. glos. 24. n. 26.*

(d) Restitutio fructuum debet fieri deductis expensis, ut declarat hæc Ordinatio; quia nomine fructuum intelligitur illud quod remanet, deductis expensis omni-

bus, factis tam in illis colligendis, quàm conservandis, inter quas computatur etiam justum præmium pro labore, & industria; Molin. *de Just. & Jur. disp. 246. n. 13.*, Gall. *de Fructib. disp. 2. art. 7. à n. 11.*, Reynol. *observ. 56. n. 11.*, Castilh. *lib. 1. controv. cap. 77. n. 8.*, Sabell. in *Sum. §. Expensæ, n. 2.*, Gabr. Per. *dec. 47. n. 11.*, Altimar *de Nullit. contract. tom. 6. rubr. 1. p. 4. q. 39. num. 356.*, & *seqq.*, Peg. *tom. 9. ad Ord. lib. 2. tit. 33. ad rubr. cap. 18. n. 90.*, Guerreir. *tract. 4. de Ration. reddend. lib. 2. cap. 10. n. 91.*, Sylv. *ad Ord. lib. 4. tit. 4. §. 2. n. 19.*, Moraes *de Execut. lib. 6. cap. 10. n. 25.*, etiamsi expensæ factæ sint à possessore malæ fidei; latè Castilh. *lib. 5. Controv. cap. 65. à n. 65.*

Quod tamen limita in Jugata; quia illius solutio fieri debet non deductis expensis, nec semine in terram injecto, ut ex Cabed. *p. 1. dec. 188. n. 2.*, Mend. à Castr. *ad rubr. de Annon. Civilib. n. 19. in fin.*, Barbof. in *L. Fructus 7. ff. de Solut. matrim. num. 32.*, tenet Peg. *ad Ord. d. tit. 33. cap. 18. num. 91.*

Limita etiam in solutione decimarum, ad quam non deducuntur fructuum expensæ; Cabed., & Peg. *ubi supr.*, Sabell. in *Sum. d. §. Expensæ, n. 2.*, Cald. *de Empt. & Vendit. cap. 27. n. 74.*, Barbof. in *L. Fructus 7. ff. de Solut. matrim. n. 15. versic. Limita secundò*, Valasc. *de Jur. emphyt. q. 17. n. 10.*, August. Barbof. in *cap. Cum homines 7. n. 2. de Decimis*, & in *cap. Tua nobis 26. à n. 2. cod. Tit.*

(e) Vide supra notata verb. *Bemfeitorias se pagaõ ao comprador, quando se tornaõ ao dono os bens, &c.*

(f) Vide supra verb. *Comprador onzeneiro, que faz compra com pacto de retro, &c.*

(g) Fructus post litem contestatam veniunt in condemnationem officio Judicis, etiamsi petiti non sint; Merlin. *Controv. Forens. cap. 96. à n. 8.*, Castilh. *tom. 6. Controv. cap. 135. à num. 8.*, Salgad. *de Reg. protecl. p. 4. cap. 9. n. 114.*, Cabed. *p. 1. dec. 68. à n. 6.*, Gam. *dec. 319. n. 3.*, Cald. *de Renovat. q. 10. n. 17.*, Phæb. *decis. 74.*, Reynol. *observ. 63. n. 5.*

Limita tamen, quando quis justam habuit causam litigandi; quia tunc excusatur à fructuum restitutione, etiam post litem contestatam; Berlich. *dec. 7.*, Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. cap. 29. ex n. 29.*, Olea *de Cess. jur. in Addit. ad tit. 8. q. 1. post num. 24. ex n. 12.*, optimè Card. de Luc. *tom. 15. de Judic. disc. 39. ex n. 13.*, & multoties judicatum testatur Senator Oliveir. in quadam Nota ad hanc Ordin., & ita modernis temporibus judicari solitum esse dicit idem Senator in quadam deliberatione, apud Peg. *tom. 11. ad Ord. lib. 2. tit. 35. §. 11. cap. 149. n. 71. in fin.*

Quid autem si instantia perempta sit, & novum judicium inchoetur, an fructus veniant restituendi à die prioris contestationis? vide Andreol. *controv. 258.*, Portug. *de Donat. tom. 1. p. 2. lib. 1. cap. 20. à n. 17.*; & jam supra notavimus in verb. *Contestação da lide se faz pelo mesmo Julgador.*

(h) Quando contractus rescinditur ex læsione enormi, restituitur res cum fructibus à die litis contestatæ, & non à tempore contractus; Gam. *dec. 94.*, Gom. *lib. 2. Var. cap. 2. n. 24.*, Molin. *de Just. & Jur. disp. 349. n. 12.*, Cald. in *L. Si curatorem, verb. Implorare, n. 13. Cod. de In integr.*

Fructos se restituem desde o tempo da venda em diante, quando for desfeita, pelo engano ser enormissimo, *liv. 4. tit. 13. §. fin. (a)*

Fructos, que o condemnado appellante dissipa, se podem sequestrar, *liv. 3. tit. 73. §. 2. (b)*

Fructos se podem pôr em inventario, pendente a appellação, se o appellado o requer, *ibid. §. 3. (c)*

Fructos se compensão com as bemfeitorias, *liv. 3. tit. 86. §. 5. (d)*

